Allegoria. Sacra scriptura quatuor modis exponitur. s. historice. allegorice. tropologice. et anagogice. historice exponimus diuinã scripturã quando rem gestam vt facta fuit: narramus. vñ historia dr̃ ab histeron quod est videre. Allegorice cum per vnũ gestũ aliud designatur futurum. vt per aaron virge floritionem: intemerate virginis parturitioneꝫ vel ꝙ dauid interfecerit goliã: ꝙ christus vicerit diabolum. et dicitur ab alleos quod ẽ alienũ et goros sententia. q. aliena sentẽtia vel aliena ductio. vel dicitur ab alleos alienũ et gore signũ. q. alienũ signũ. q: vnũ dr̃ et aliud intelligitur. Tropologice exponitur scriptura quãdo illud quod factũ est significat id quod faciendũ est. vt pugna Abrahe cõtra quatuor reges: pugna fidelis cõtra quatuor anime passiones. et dr̃ a tropos quod est conuersio et logos sermo. q. sermonis cõuersio. q: illũ sermonẽ ad nostrã edificationẽ cõuertim⁹ Anagogia est qñ per illud quod factũ est vel dictũ est super celestia designamus: vt p hierusalem celestẽ patriã. et dr̃ ab ana quod est sursum. et gogos ductio eo ꝙ per ipsã ad tractandũ de celestibus ducimur. De his quatuor sensibus hñtur versus. Littera gesta docet quid credas allegoria. Moralis qd agas: speres anagogia. Improprietas p;. Cã quare põt fieri est similitudo vnius intellectus cũalio. Cã quare oꝫ fieri est ornatus vel exp̃ssio sententie. ornatius enĩ exprimit sentẽtia p ordinem transũptiuã ꝙ per aliam.

Si quid dicatur non ergo sui sed alius
Hic paradigma potest vereqꝫ parabola dici.

Allegoria fit quando vna sententia est alterius et credende rei representatiua. sꝫ parabola est rerum dissimilium et diuersorū generum assignata similitudo. Sed paradigma fit quando ipsa parabola exponitur. Sentētia vero allegorice exponenda fuit res gesta sed tamen alterius rei credende representatiūa. Parabola non fuit res gesta: sꝫ similitudo sūpta ad denotandū rē gerendā vel gestā exprimendā. Paradigma ē pabole adaptatio seu explicatio. Ecce parabolā. Semē cecidit: aliud inter spinas: aliud supra petrā. aliud secus viam. Ecce paradigma. Semen est verbū dei. quod secus viam cecidit: est illud quod ab ipsis accipitur qui postea demonū tentationibus succumbunt quod supra petrā est quod in cordibus cecidit eorū qui radicē caritatis non habent. Quod inter spinas est illud quod in mente auarorū et luxuriosorū est collapsum: quod a passionibus suorū desideriorū suffocatur. Si igitur quid est aliquid dicatur. non ergo id est non causa sui sed alterius. Ecce ibi parabola in quo erit paradigma si id adaptando rebus ad quarū represētationem fuit assnmptum: exponatur. Dicitur autē parabola a para quod est iuxta ꝛ bole sententia. quasi iuxta sententiam. et paradigma a para quod est iuxta et digma quod est ostensio quasi ostensio sententie.

Rebus ab extremis sumpta est metaphora semper
Tu venias citius portus et aura mihi.

Metaphora est quando verbum in quandam rem transfertur ex alia re ꝓpter similitudinem: vt si dicas. tumultus expergescit ciuitatem. exercitus extinxit eam. iste sanguie suo saturauit crudelitatē tyraoni. sub tyranno reipublice vires aruerūt. sub rege vero reuirescent. et in exemplo littere. Tu venias ꝛc. Iste dicitur amice sue portus. i. quies et aura. i. refrigeriū. vel rector in quietem. hec autem dicitur penes rhetores trāslatio: a meta quod est trans. et phoros ferre. quasi translatio vnius dictionis ad significandum aliud allegoria est orationis: ista dictionis.

Est soloecismus vicium ceu barbaraqꝫ rismus
Est barbarismus cum dico domina dominus
Est soloecismus vir mea sponsa meus.

Iste liber est secundus huius presentis tractatus in quo postꝙ in priori libro vidimꝰ de grāmatica permissiua. consequēter hic agit actor de grāmatica prohibitiua. Ordo pꝫ. qꝛ quod permittitur dignius est eo quod ꝓhibetur. et etiā secundū Isidorū. primus actus legis est permittere: secundus aūt prohibere. Inquit em̄. Omnis lex permittit: ꝓhibet āt ꝑcipit. In hoc igitur libro secundo capitulo contento agitur de viciis nulla ratiōe excusatis. et diuiditur in duas partes. qa primo determīat de viciis in genere. in secunda parte in speciali Prima in principio. secunda ibi. Sub soloecismo sunt iste. Iterū prima in duas quia primo nominat vicia. secundo ipsa diffinit. Est barbarismus. In prima igitur ꝑte dicit duo esse vicia. s. soloecismū et barbarismū. Soloecismus fit cōtra diasintheticaꝫ barbarismus contra ꝓsodiā et orthographiam. Fit aūt barbarismus dupliciter. s. scripto et ꝓnunciatione. Scripto aūt fit quatuor modis. s. additione littere vel syllabe. subtractione. mutatione aut transmutatione. Additione. vt induperator ꝓ imperator. mutatōne vt olli ꝓ illi/ subtractione vt vincenti ꝓ vincentii/ transmutatione: vt alexandre pro alexander. Pronunciatione autē fit quando syllaba naturaliter breuis ꝓducitur et ꝓducta corripitur. et iste modus tangitur in littera et cōcernit ꝓsodiā. primus autē orthographiam. Est aūt barbarismus inepta dictionis quo ad vocis substantiā aut eius intrinsecam mensuram: corruptio. et dicitur a barbaris gentibus qui cum romanis latina lingua scriberent: ignari quoqꝫ lingue latine: verba corrumperent: non mō scribendo. verūetiam ꝓnunciando quicquid corrumperent: periti romanorum barbarismum vocauerunt quasi

barbarorũ morẽ. Barbari autem ab inculta barba dicti sunt. qa in montibus ꝛ siluis va gantes facies sua sordida erat et pilis. sic et eorũ pronũciatio pilis fuit et corrupta. Uel dicitur barbarismus ex barbaro .i. extraneo et rithmo .i. numero. q. extraneus numerus. quia male syllabas dictionis numeret aut tempora. Secundũ alios barbarismus est no men cõpositũ ex syriaca lingua et latina. bar enim syriace filiũ significat. vt dicatur bar/ barismus. q. filiorũ risus. qui cum a principio nesciunt voces formare: ad risum parentes cõmouent. Soloecismus vero est viciũ in oratione contingens ex cõtextu ineptarũ partiũ orationis cõtra regulas artis grãmatice factum. Et ex hoc patet differẽtia inter soloecis mum et barbarismũ. qꝛ soloecismus fit in oratione: barbarismus in dictione. Dicitur au tem soloecismus a soloe ciuitate que nunc pompeipolis appellatur. de qua progrediẽtes populi venerunt athenas qui dum pessime loquerentur: extractum fuit exinde vt dicerẽ tur vicia ipsa male loquentiũ soloecismi. Duplex est aũt soloecismus. s. substantialis ꝛ ac cidentalis. Substantialis est quando vna pars orationis ponitur ꝑ alia vt acerba sonãs id est acerbe. nomen pro aduerbio. Accidentalis fit qñ fit per ineptã modorũ significãdi accidentalium coniunction em. vt vir mea. sponsa meus.

Sub soloecismo sunt iste barbaraqꝫ rismo
Dictio turpe sonans cacephaton ipsa vocatur
Ut si dicatur titides medidesqꝫ.

Superius determinauit actor in generali de barbarismo ꝛ soloecismo. cõsequenter in hac parte determinat de speciebus eorũ. et diuidit̃ ista pars in duas partes. qꝛ primo det̃ minat de speciebus cõtentis sub barbarismo. scdo de speciebus cõtentis sub soloecismo. Prima est ibi Dictio turpe sonans. secũda erit ibi. Ambiguũ dictũ. Cacephaton autem est turpis sonoritatis ꝓlatio. et dicit̃ a cacos quod est maluꝫ et phonos quod est sonus q. malus sonus. et fit dupliciter. vno mõ quo ad intellectũ. vt si dicatur pamphilus arrigit aures. vel qꝛ arrigere non pertinet auribus. vel qꝛ turpis est dictio ꝛ cynici digna moribꝫ Alio mõ quo ad sensũ. vt cum complerentur. vel ibit cum me: cum debeat dici mecũ. vnd̃ huiõi viciũ fit multipliciter. vno mõ qñ dictiones habẽtes dissimile iniciũ habẽt similem termĩationẽ. vt cũ numerum recenserem illorũ bellatorũ ac imperatorum. Item fit silr̃ cacephaton in vna ꝑte quando due littere iuncte grauiter sonant vt in virgilio. Arrectis auribus astant. similiter fit quando repetitur in dictione eadem syllaba: vt titides medi/ dies ad quod vicium vitandũ dicimus titides et meridies. vel in oratione quando dictio nes simile iniciũ sui precedentis habentes se cõsequũtur vt hic. Sancte theobalde demõ stra tramite tecum scandere regale leue verende decus. Nec solum fit hoc viciũ quando sequens verbũ incipit a syllaba in qua precedens desinit: sed etiam quando ab eadẽ litte ra vel syllaba dictiones consequẽter incipiunt: vt tu tua te virtute tuente tueris. et poete potentiam posuerũt in possibilibus et honestis. Et fit etiam qñ fit creber vocalium fina lium et inchoantiũ cõcursus et maxime a et o. que maiorem habent hiatũ. vt ama aman tem et laudato amiciciã. Et simili mõ quando concurrunt s et x. vt rex xerses: vel dux sce nonum. et etiã in cõpositione. vt exurgo exuscito. vbi tollitur. s. ad euitandũ cacephaton. Similiter creber concursus s. et t. causant hoc vicium. vt amicis suauissime hoc suadebat et petrus terrore terribili tutoribus suis grauis erat. Et notandũ ꝙ ista vicia possunt vo cari figure si fiant ratione metrica vel ratione poetica exigente. Cum igitur quelibet fi gura habeat improprietatẽ et rõem excusantem vt patuit in premissis. et iõ ista similiter sunt ibi querenda. Improprietas ergo in ista figura est hiatus vel sonoritas grauis. Cã quare potest fieri est possibilitas ordinandi litterã vel syllabã littere vl' syllabe sibi simili Cã quare oportuit fieri est vt actor sic loquendo experiatur ingenium auditorum siue so cii sui vel expressio sententie potest esse causa vt turpitudo materie siue grauitas turpi ꝛ graui sono representetur. quia cum vox sit signũ rei: debet sequi naturã rei cui⁹ signũ est.

Ast euphonia fit dictio pulcra sonora

Vt si dicas titides meridiesqȝ

Euphonia est debite pronūciationis bona sonoritas. et dicitur ab eu quod est bonū et phonos sonus quasi bonus sonus. Attamen in hoc loco videtur actor errare: cū ponat euphoniaȝ inter vicia que magis est ornatus cā ꝙ improprietas. nam inuenta est vt turpis sonoritas vel nimius hiatus per ipsam euitetur. Ad hoc dicendū ꝙ euphonia potest dupliciter cōsiderari. vno modo scdm ꝙ per ipsam habetur bona sonoritas. et sic non est inter vicia ordinanda. Alio mō secundū ꝙ per ipsam remouetur aliquid de esse dictiōis. q̄a sic corrumpere potest dictionē: et sic ponitur inter vicia. videtur mihi dicendū actorē posuisse inter vicia ꝓpter cacephaton sibi ꝯriā: vt vnū ꝯriū per aliud magis patescat.

Ambiguum dictum dici solet amphibolia

Amphibolia oratio fit ex ambiguitate dictionis vel orationis. fit aūt pluribus modis vt dicit donatus. per accusatiuū casū: vt odio persecutores grecos odisse troianos. Fit etiā per cōe verbū. vt cato crimiatur. fit etiā per indistinctionē: vt vidi statuam auream hastaȝ tenentē. dubiū est vtrū statua sit aurea vel hasta. Fit etiam per noīa equiuoca. vt si qs dicat acies apparet ardens amphibolia est. quia potest esse acies militum vel ferri vel oculi fit etiam per translationem orationis. vt littus aratur. significat primo terram scindere et transumitur ad significandū operā perdere. Dicitur aūt amphibolia ab amphi quod est dubiū et bole sententia quasi dubia sententia.

Subsannauit eos sic antropospatos extat

Antropospatos humane ꝓprietatis deo vel econuerso attributio. quando illud qđ est homis attribuitur deo vel ecōuerso: tunc est antropospatos. exemplū habemus. Subsannauit eos dn̄s. subsannare est idem qđ deridere. et non pertinet deo: tamen ei attribuitur similiter Domine ne in furore tuo ꝛc. habes exemplū in alexandro. Fulminat in persas macedo. fulminare enī deo pertinet. et attribuitur homini/ et dr̄ ab antropos quod est homo et patos passio quasi humane passionis deo attributio.

Tapinosis fiet mare si gurges vocitetur

Tapinosis est magne rei humilitatō vt si mare appelletur gurges. Similiter psalmista dicit. Non sum homo sed vermis. et in euangelio. Ego sum pastor bonus. causa humilitatis dicit. et dr̄ tapinosis de tapino qđ est humiliare. et interpretatur humiliatio.

Ibant qua poterant simul hec ꝛ cetera dicas
Perisologia fiet seu macrologia

Perisologia vel macrologia est longa sententia non necessaria cōprendens. vt ibant qua poterant: et qua non poterant non ibant. Non oportet dicere qua non poterant. q̄a hoc intelligebatur cū dixit ibant qua poterāt. et dr̄ ab epi quod ē super et logos sermo. q. supflua sermonis additio. Macrologia dr̄ a macros longū ꝛ logos sermo. q. lōgꝰ sermo

Acirologia dicas sperare laborem

Acirologia est si dicas vel ponas cōtraria. vt spero dolorē. timeo requiē. Quia deberes dicere timeo malū vel dolorē. et spero bonū vel requiem: et dicis cōtrariū. et dr̄ ab a qđ est sine et ciros manus. et logos sermo. q. nō manualis sermo. id est non vsitatus

Estqȝ pleonasmos dicas sic: ore locuta est

Pleonasmos est superuacua nominis additio vel locutio. vt cū dicitur sic: ore locuta est. et non oportet dicere vel ponere ore. et dicitur a pleon quod est superuacuū: et onoma nomen quasi superflua nominis additio.

Sepe vnum repetit viciose tantologia
Ipse egomet dicas facies sic tantologiam

Tantologia est eiusdē dictionis repetitio viciosa. exemplū habemus. Exultās redeo rursus gaudensqȝ reuertor. ista enī duo signant idē. et dicitur a tantos quod est idē et lo

gos sermo.q.identitas sermonis.vel a tantos qđ est fatuū.q. fatuus sermō.vl'a tātos qđ quod est vacuū quasi vacuus sermo.et differt a pleonasmos. quia pleonasmos fit in dictione.et tantologia in oratione.

Dicas cum nobis cacosintheton esse probatur

Dicit ꝙ cacosintheton est viciosa cōpositio dictionis.exemplū:vt discipulos cedit virgis terga magister.hic dictiones ordinantur male in cōpositione. similiter si dicas cū nobis in ludis.deberes enī dicere nobiscum.et est ibi cacephatō secundū quod est mala sonoritas.sed cacosintheton secundū ꝙ dictiones male ordinantur/et dicitur a cacos quod est malū et sin quod est con et teton positio quasi mala positio

Alleotheta genus numeros nescit neqꝫ casus

Alleotheta est positio generis pro genere.casus pro casu.et numeri ꝑ numero vt turba ruunt:pro turbe.pro casu.vt vrbē quā statuo pro vrbs.et dicitur ab alleos quod est alienū: et thesis positio quasi aliena positio.versus. Et genitrix natas parit alleotheta figuras Casum pro casu ponens pro tempore tempus.

Sed quia predictas comitatur sepe figuras
Scemata verborum:de scematibus videamus
Principiis repete vocem:repetitio fiet
Tu mihi lex:mihi rex:mihi dux:mihi lux:mihi iudex:
Te colo:te cupio:te diligo:te peto christe
Si circa finem conuersio fiet ibidem.
Tu solus dominus bonus es:pius es:sapiens es:
Qui terram portas:mare portas:sidera portas.
Si facis vtrunqꝫ complexio dicitur esse
Qui sunt qui pugnant audaciter:andegauenses.
Qui sunt qui parcunt superatis andegauenses.
Disce per casus uocem:traductio fiet
Si nihil in vita iocundius est tibi vita
Indecoram vitam peragas virtute relicta:
Ex nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti.

Duobus primis precedentibus libris actor determīauit de duabus primis grāmatice partibus.videlicet de permissiua et de prohibitiua.consequēter in hac tertia libri parte principali determinat de preceptiua parte grammatice tertia. ꝛ subdiuiditur ista pars in quattuor partes secūdū ꝙ ipsius preceptiue grāmatice totidē sūt partes.s.prosodia.orthographia.ethimologia.et diasinthestica. Prima in principio lectiōis secunda ibi. Ecce quod vsus habet.tertia ibi. Que vel quot generis quarta ibi. Penitet et tedet. Iterū prima pars que est de ꝓsodia diuiditur in duas partes secundū ꝙ duo continet capitula. Nam ī primo determīat de coloribus rhetoricis.secūdo de pedibus metrorū.prima in principio.secūda ibi Spondeū faciet. Item prima in duas.q: primo cōtinuat dicta dicendis. Secūdo ꝓsequitur ibi. Principus. In prima igitur parte ꝯtinuat dicta dicendis dicens ꝙ quia verborū scemata seu rhetorici colores videntur figuras locutionis comitari de quibus iam habitum est.iō restat videre de ipsis coloribus rhetoricis. Sed circa istam partē occurrit dubiū.videlicet cum colores de quibus est infra dicendū pertineāt ad rhetoricū quomō ad grāmaticū spectabunt cū distinctarū scientiaꝝ sint obiecta distincta: Preterea cū colores rhetorici sint in oratione. pedes vero metrorū consistant in sylla

bis:syllabe vero et dictio priores sint oratione videtur actor ordinē peruertisse: quasi pri
us debuisset de pedibus metrorū q̄ de rhetoricis coloribus determiasse. Pro cuius dubii
elucidatione notandū est inconueniens nō esse in distictis sciētiis de eodē cōsiderare. sub
alia tñ et alia rōne. Gramaticus aūt cōsiderat de coloribus rhetoricis secundū q̄ sūt mo
dus seu mensura intrinseca orationis cōgrue qui quidē modi intrinseci sunt subiecto inti
miores ppṛietatibus. Si igitur de ppṛietatibus orationis cōgrue spectet ad grāmaticū
determinare: nō quidē vt de subiecto sed vt passionibus de ipso subiecto demōstrabilibꝫ
a fortiori ratione spectat ad ipsū de modis intrinsecis ipsius subiecti. nō quidē vt de subie
cto aut ppṛietate: sed de eo quod est ipsi subiecto ppṛietate intimiꝰ cōsiderare. Sicut autē
memini superius dixisse. duplex est cacephatō quā turpē dicimus et malā orationis sono
ritatem. Una quidē orationis prolatio inepta cuius obscenitatē intellectus exhorreat.
Alia vero cuius asperitatē sensus teneritudo refugiat: sic duplicē cōstat esse orationis cō
grue suauitatis armoniam vnā que consistit in debita orationis mēsura siue modo secū
dū quā delectatione quadā afficit et mulcet intellectū. et hec consistit in dignitate et ordīe
Alia vero cōsistit in hoc q̄ vocali quadā suauitate ipsū auditus imutat organū. Ut non
modo intellectus verū etiā ipse sensus exterior ea delectetur cōsistens scđm rhetores i cō
grua quadā litterarū et syllabarū iunctura ab omni offensione aurium pcul remota. atqꝫ
numero consistente in proportionali quadam orationis partiū longitudine et breuitate
nata ex auriū voluptate. Et cum omnia verba prima et media spectare debeāt ad vltimū
auresqꝫ auide semper finem expectent: statuūt rhetores vt in fine orationis iambus bre
ue syllabe trocheus quoqꝫ longe iambo vel pirrbichio spōdeus: trocheo trocheus. moloso
trocheus et trocheus ionico minori semper preferatur. Inhibētqꝫ ne breuis breuē aut lō
ga longā syllaba in fine precedat orationis. et ne duo iambi aut iambus et pirrbichius:
aut duo pirrbichii: vel spondeus: aut trocheus post pirrbichiū: aut ne spondeus ante molo
sum: aut ionicum minorē in fine collocētur. Cū igitur intellectiua potentia longe sit po
tior sensitiua: et primū duorū capitulorū ad prosodiā spectātiū sit de coloribꝫ intellectiuā
partem delectantibus. secundū vero de pedibus metrorū partē sensitiuā mulcentiū. Patꝫ
actorē nostrū debite primū horū duorū capitulorū secundo proposuisse. Principiis repete.
hic prosequitur de scematibus et rhetoricis coloribus qui sub dignitate et elocutione con
tinentur. Repetitio autem est cū idē verbum in principio sepius repetitur. Conuersio: qn̄
repetitur in fine. Complexio vero quando in fine ⁊ in principio. Et traductio qn̄ ducitur
oratio de vno casu in aliū in eadem significatione. vt in exemplo littere. vel in diuersis.
vt veniam ad vos si mihi senatus det veniā. harū quatuor exempla patent in littera.

Si dicas contraria tunc contentio fiet
In luctu rides: inter conuiuia luges
Mane petis lectum: dimittis vespere tectum

Hic determinat de colore rhetorico qui appellat̄ cōtentio ⁊ dicit q̄ cōtentio est ꝯriorū
in locutione positio. Exemplū vt assentatio iocunda eadē exitus amarissimos affert.

Sepius exclames sic exclamatio fiet
O quibus o quantis o qualibus es viduata

Hic determīat de alio colore qui dicit̄ exclamatio. et dicit q̄ exclamatio est ī multis ex
clamationibus annexa locutio doloris: aut indignationis significationē ꝯtiens p hois
aut vrbis: āt loci: aut rei cuiuspiā appellationē. et hac raro: nisi in magnis est vtendum.

Si queras aliquid statimqꝫ tibi rationem
Subiungas super hoc ratiocinatio fiet
Diues auarus eget: quare: quia suppetit vsus
Tangere parta timet. cur: ne minuatur aceruus

Rhetoricis capitulū iiii.

Hic determinat de alio colore rhetorico qui appellatur ratiocinatio. et est qñ alicuius dicti ratione̅ statim reddimus: vel cito subiicim⁹. et dicitur de ratiocinor aris.

Assignes de quo quid sit quid oporteat aut quid
Debeat inde sequi sententia dicitur illud
Cui satis est quod habet: satis illum constat habere
Cui nihil est quod habet: satis illum constat egere.
Ergo facit virtus non copia sufficientem
Et non paupertas sed mentis hiatus egentem.

Sētētia ē de quo. i. de aliquo seu de aliqua re q̄d sit aut esse oporteat assignatio. exēplū ponit in lr̄a actor cū ostendit q̄d sit diues. et q̄d sit paup. et dicit ꝙ ꝯstat. i. firmū ē illū satis hr̄e vel esse diuite̅ cui satis est q̄d h3. ergo copia nō facit alique̅ esse sufficiente̅ sed virtus. nec paupertas facit alique̅ paupere̅ sed hyatus mentis. i. cupido. Et dr̄ a sensu.

Hoc contra tibi sit quod per contraria firmas
An metues egrum quem sanum despiciebas.
An soli cedes: quem cum socio superabas.

Hic determiat de alio colore rhetorico qui appellatur cōtrariū. et dicit ꝙ cōtra. i. ꝯtrariū est alicuius rei per cōtrariū vel oppositū probatio vel declaratio seu demonstratio. sc3 quādo ꝓbamus q̄d ꝑ ꝯtrariū. exemplū ponit in lr̄a cū dicit. Metues egrū. ꝓbatio ꝙ non deberes timere sociū egrū. tu nō timebas dū sanus erat. ergo minus debes eū timere dū est eger. Similiter hic. An soli cedes. et dr̄ de cōtra et cōuenit cū antifrasi.

Articulus fiet si sit distinctio vocum
Solus inermis inops inglorius inde rediisti
Ferro peste fame consumptus es et periisti;

Articulus est cū singula verba īteruallis distinguūtur. vt acrimonia voce vultu aduersarios perterruisti. ⁊ dr̄ de arceo es. ui. et cōuenit cū figura dialiton: vt rex miles plebs. ⁊c.

Consimili cadere faciet concordia vocum
Fac tibi fortunam festina frangere lunam
Et contra fatum faciet te cura beatum.

Hic declarat de alio colore rhetorico qui dicitur cōsimiliter cadens. et dicit ꝙ cōsimiliter cadens est quando plures dictiones in locutione posite in eadem terminatione finiūtur. et ponit exemplum in littera. Fac tibi fortunam festina frangere lunam. q2 iste dictiones habent eandem terminatione̅ in fine. ⁊ dicitur a con quod est simul. Fac tibi fortunā id est bonū omen. festina frangere lunā. i. constellatione̅.

Agnomen fiet sensus varius similis vox
Curia curarum genitrix nutrixq3 malorum
Inuictis victos inhonestis equat honestos

Agnoīatio est dictionū fere similiū tn̄ significatione in locutione positis. exemplū ponit in littera cū dicit. curia curarū. iste dictiones fere cōueniūt in voce. et habēt cōtrariū significatū. Similiter ibi. iniustis iustos ⁊c. iustus et iniustus sunt cōtraria. et sic de aliis.

Quere rei causam: causamq3 rei meditare
Subiice post ꝙ non ita sit subiectio fiet
Que tibi causa fuge nunquid tibi flagra dabantur
An labor: at ludo somnoq3 vacare solebas

Nunquid forte fames: tu fercula semper habebas
Ergo flagitiis te conscia mens agitabat.

Subiectio est cum interrogamus aduersarios aut a nobisipsis querimus quid ab illis aut quid contra nos dici possit. deinde subiicimus id quod oportet dici vel nõ oportet ĩ adiumentũ nostre cause. exemplũ ponit̃ in littera de puero fugitiuo. flagra. i. verbera a flagris. Sũt em̃ flagra sũmitates virgarum simul ligatarum que faciũt strepitũ percutiẽdo

De voce in vocem descende gradatio fiet
Hic quamcunq̃ videt cupit: et quamcunq̃ cupiuit
Allicit: allectam viciat: prodit viciatam.

In hac parte determĩat actor de alio colore rhetorico qui appellatur gradatio. et dicit Gradatio est cum ab eo quo sensus superior termĩatur inferior incipit ac deinde per gradus ordo dicẽdi seruat̃. vt affricano industria virtutẽ virtus gloriã. gloria emulos cõparauit. aliud exemplũ habem⁹ in littera et in pluribus locis. vt cũ dicit̃. Et ver dat florẽ flos fructũ fructus odorẽ. Sic studiũ morẽ mos sensũ sensus honorẽ. Similiter ibi quid meli⁹ auro iaspis. quid iaspide: sensus. quid sensu: ratio. quid ratione: deus. similiter ibi. Quid leuius vento: fulmen. quid fulmĩe: flãma. quid flãma: mulier. quid muliere. nihil. Et dr̃ gradatio de gradu. q2 descendit de gradu in gradũ. seu de voce in vocem.

Diffinitio sit proprie monstrare quid est res
Prodigus vt largo sic distat parcus auaro
Prodigus est animi vicio retinenda profundens
Largus qui sumptum facit ex ratione libenter
Parcus qui retinet quicquid non postulat vsus
Qui retinet cupide quod res deposcit auarus

Diffinitio est que rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter ⁊ absolute. exemplum est in littera. et ostẽdit qualiter distat parcus ab auaro per diffinitionẽ vtriusq̃ largus est ille qui sumptũ facit ex rõe libenter. ⁊ pdig⁹ ẽ profũdens retinẽda vicio animi. parcus est qui retinet qcquid vsus nõ postulat. ⁊ auarus ẽ ille qui retĩet qcqd deposcit vs⁹.

Continues dicta dicendis transitio fit
Audistis qualem se prestitit iste parenti
Nunc qualis fuit ipse parens audite vicissim
Vt dignus nec prole queat nec parte videri

Transitio est que cum paucis colligit quod dictum est. Item proponit breuiter quod sequitur. exemplum habetur in littera.

Corrige quod dictum prius est correctio fiet
Ex quo dico amans immo veracius amens
Sum nimis oblitus decoris quinimo decoris.

Correctio est que tollit id quod dictum est et pro eo id quod magis videtur idoneum ponit. exemplum habes in littera.

Occupat hoc cum quis transire parat neq̃ transit
Pretereo cedes: periuria: furta: rapinas.
Tedia forte darem: si verbis ista referrem.

Occupatio est cum dicimus preterire aut nescire aut nole dicere id quod tũc maxime dicimus. exemplum habes in littera.

Disiunctum si queqꝫ suum fert clausula verbum
Romanus populus gallos sub cesare vicit
Sub duce pompeio metridacia regna subegit
Hannibalis vires scipionis nomine fregit

Disiunctio est singulis clausulis proprii verbi attributio seu quando quelibet clausula habet suum verbū propriū.exemplum est ī littera cū dicit:romanus populus vicit gallos id est illos populos sub cesare.i.sub imꝑatore romano.et populus romanꝰ subegit regna metridacia.i.metridati regis sub pompeio.i.sub imꝑatore.romanus populus subegit vires hannibalis regis sub noīe scipionis.

Precedens simul atqꝫ sequens oratio solo
Claudatur uerbo coniunctum sic habet esse
Aut etas forme decus atterit aut valitudo.

Coniunctio est diuersarū clausularū per vnum verbum coniunctio. exemplum est in littera.vt forme dignitas aut morbo deflorescit aut senectute.

Non interponas verbum:ponas prius aut post
Adiunctum facies versusqꝫ sequens manifestat
Morbo vel senio forme decus euacuatur.

Adiunctio est quando verbū quo res cōprenditur non interponitur sed primū aut postremū collocatur.exemplum habes in littera.

Conduplicatio fit oratio conduplicata
Tu nec patrem gladio crudelis nate necasti
Tu ne patrem:nunquid mors patris mors tua nunquid

Conduplicatio ē eiusdē orationis congeminatio.exemplū est in littera. vt o nate crudelis.ne.i.nunquid tu necasti patrem cum gladio Iterū dicit o nate crudelis.ne.i. nunquid tu necasti patrem cū gladio.ne.i.nunquid mors patris tui est tua mors.

Commutatio fit verbi sententie versa
Nulla tacenda loqui nulla loquenda tacere
Quis sapiens iubeat quis ve iubens sapiat.

Cōmutatio est cū due sententie inter se discrepantes ex traiectione sic efferuntur vt a priore posterior cōtinua posteriori proficiscantur.exemplū habes in littera.

Quere nec elige quid potius dubitatio fiet
Tu quis es ignoro:quo te quoqꝫ nomine dicam
Hesito:si dicam spurcissime non erit equum
Si scelus appellem nimis est deformior:an sis
Nequior ignoro:nunc hoc mihi nunc placet illud.

Dubitatio est cū querere videt orator vtrū de duobꝫ potiꝰ aut quod de pluribus potissimū.exemplū habes in littera.spurcissime.i.imūdissime a spurtū grece qđ est sordidū latine.ꝛ inde spurta fossa quedā rome ad quā oēs sordicies ciuitatis defluebant.

Concipe conceptum cela:preciosio fiet
Te non est equum certamen ponere mecum
Nunquid ego recolo quid tu:sed dicere nolo.

Precisio est quando dictis quibusdã reliquum quod inceptum est dici relinquitur ex
emplũ habes in littera. Hic autẽ color atrocẽ relinquit suspitionẽ. Preter autẽ hos colo
res rhetoricos sunt alii multi: seu interrogatio que fit cũ enumeratis omibus que obsunt
cause aduersariorũ confirmat superiorẽ rationẽ hoc modo. Cum igitur hec omĩa faceres
vtrũ animos sociorũ a republica remouebas vel non. Item membrũ quod grece dicitur
colon quod est res absoluta et perfecta sine totius sententie demonstratione. que apd̃ grã
maticos dicitur subdistinctio. vt inimico proderas: amicũ ledebas: et tibiipsi non consule
bas. Et hic color est cõtrarius articulo: q fit per singula verba interuallis distincta: q gre
ce dicitur coma: siue media distinctio. vt acrimonia voce: vultu: cui si datur verbum: vt ad
uersarios perterruisti. nec vlterior expectetur sententie perfectio. In hoc cõpletur period⁹
quã grãmatici dicũt plenã distinctionẽ. Si tamen vlterior expectaretur perfectio: colõ di
ceretur: vt si dicamus: acrimonia voce: vultu. ecce coma siue articulus vel media distinctõ
siue incisum. et dũ subditur: aduersarios perterruisti. ecce colon siue membrũ vel subdisti
ctio. et dũ subiũgitur: et protinus aufugerunt: ecce periodũ siue plenã distinctionem. He
aũt sunt tres orationis numerose partes. ex quibus dicebamus superius scd̃m illã q par
tem dimulcet sensitiuam orationis latine speciẽ consurgere. De interpretatõne: dissolu
tione et aliis multis rhetorũ coloribus si velis plenus informari: videas librum quartum
noue rhetorice tulii ciceronis.

Spondeum faciet dissylaba dictio longa
Si fuerit: sed pirrhichius contrarius huic est

Viso in precedenti capitulo de parte ea prosodie suaui cuius melodia intellectualis
afficitur potentia: restat in presenti videre de ea cuius aures mortalium dulcis cõcentus
musicalis auide armonia quadam vocum suauissima capiuntur et dulcedine. Illius et
eni sonoritatis acuties intellectum penetrat. istius vero aurium oblectandarum sese tñ
fert ad organa. Prosodia vero a pros quod est ad et odos cantus deriuata et spiritualem
de quo anteriore habitum est loco cautum. et corporeum de quo hic subiungendum est: cõ
siderat verum quia quante sint syllabe vniuscuiusqꝫ dictionis: in poetarum libris facile
potest videri. Et sparsim per huius sui voluminis corpus locis in pluribus: nunc quante
prime: nunc quante medie variarum dictionum sint syllabe noster actor disseruit satis: si
de pedibus metrorũ docuerit fecisse videbitur. Diuiditur autẽ capitulum in tres partes
In prima nanqꝫ determĩat de pedibus dissyllabis/ in secunda de pedibus trissyllabis/ in
tertia de pedibus quadrisyllabis. Prima in principio. secunda erit ibi Dactilus ex lõga
tertia ibi Quatuor ex breuibus. Circa hanc lectionem quinqꝫ sunt notanda. scꝫ quid sit
versus. quibus de causis et a quibus metra fuerunt inuenta. quid sit pes et quot sint.
Versus est oratio metrica succinte clausulatimqꝫ ꝑgrediẽs venusto verborum matrimo
nio et sententiarum flosculis picturata nihil in se superfluum nihilqꝫ continens diminu
tum. Dicitur autem versus metrũ quod certis pedibus mensuretur. Metros enim gre
ce mensura est latine. Fuerunt autem inuenta propter abbreuiationem memoriam ⁊ au
rium voluptatem. Ennius fertur primus versus scripsisse quãq̃ apud hebreos primũ vi
guerit metrorum studium. Scripsit enĩ moyses canticum deuteronomii heroicis versib⁹
et alii q̃plures sacre scripture libri metrice sunt descripti. Pes est certa temporum et syl
labarum connumeratio dicti pedes quasi per eos versus incedant. Vel metra sunt qua
si scale et pedes quasi pedales gradus per quos per versus scandimus. sicut enĩ scale gra
dus constituuntur ex eminentia anterioris partis et depressiõe partis opposite: sic pedes
versus habent vnam syllabam. s. longam supereminentem et aliã. s. breuem depressã. qd̃
in iambicis et trocaicis patet versibus. Vñ scandire vel melius scandere est per versũ am
bulare. vnde versus. Ascendens scandit distinguens carmina scandit. Pedes aũt dissylla
bi sũt quatuor. Trissyllabi sunt octo. Quadrisyllabi vero sedecim. His dictis accedẽdũ
est ad litterã. Est igitur spondeus pes constans ex duabus syllabis longis: vt estas. et dr̃ a
spondeõ grece qd̃ est tractus latine. qr pes iste lõgo tractu ꝓfertur. qr antigtus circa aures

Capitulum iiii.

sacrificantium fundebatur. vnde qui in sacrificiis gentilium canebant in tibiis spondiales dicebantur. vel dicitur ab equalitate sponde lecti. Pirrhichius est pes contrarius spõdeo. et constat ex duabus syllabis breuibus vt lege. et dicitur a pir quod est ignis. q: sicut ignis leuiter transit similiter iste pes leuiter transit. Alio mõ dicitur a pyrrho rege qui in morte achillis sui patris tali pede vsus est in lamentatione eius.

Longa breuisqꝫ simul possunt complere trocheum
Ac si conuertas poteris componere iambum.

Trocheus est pes constans ex duabus syllabis prima longa et altera breui. vt roma. ⁊ dicitur a trocos qđ est volubile vel rota. q: est volubilis sicut rota. Et iambus est ei contrarius. et est pes constans ex duabus syllabis prima breui et altera longa. vt legens. amans et dr̄ a iambin grece qđ est detractio latine. q: detractores vtuntur isto pede.

Dactilus ex longa constat breuibusqꝫ duabus
Vnde patet ꝙ ei contrarius est anapestus

Dactilus est pes cõstans ex tribus syllabis: prima longa et duabus vltimis breuibus vt femina. menalus/ et dr̄ a dactilo fructu palme. vel a dactilõ grece qđ est digitus latine q: sicut in digito sunt tres iuncture similiter in isto pede sunt tres syllabe. Anapestus ē suus contrarius. et est pes constans ex tribus syllabis: primis duabus breuibus ⁊ vltima lõga. vt pietas. bonitas. Et dicitur ab ana quod est re et pestin percutere. quasi percutio [illegible] quia repercutit dactilum.

Tresqꝫ breues tribrachũ faciunt qui non habet esse
In versu: sed molosus contrarius huic est:

Tribrachus est pes constans ex tribus syllabis breuibus. vt legere. et dicitur a tris quod est tres et brachos breue. q. habẽs tres breues syllabas. sed non est in versu heroico. sed bene in elegiaco pentametro. Molosus est eius cõtrarius et est pes constans ex tribꝫ syllabis longis. vt maiestas. et dr̄ a molosa regione vbi fuit inuentus iste pes.

Junge duas longas mediante breui faciesqꝫ
Amphimacrum: contrarius est amphibracus illi.

Amphimacrus est pes cõstans ex tribus syllabis pr̄ia et vlt̄ia lõgis et media breui. vt seruiens. et dr̄ ab amphi qđ est circũ et macros longũ. q: circũcirca hꝫ lõgitudinẽ. Amphibracus est ei⁹ cõtrarius. et est pes constãs ex tribꝫ syllabis pr̄ia ⁊ vlt̄ia breuibus ⁊ media lõga. vt arena. diana. ⁊ dr̄ ab amphi qđ est circũ et bracos breue. q. circũcirca breue.

Constituesqꝫ pedem bachium si dicis egestas
Huicqꝫ palibachius contra est antibachiusqꝫ

Bachius est pes cõstans ex tribus syllabis prima breui et duabus vltimis lõgis. vt egestas. et dr̄ a bacho qui inuenit istũ pedẽ. Palibachius vel antibachius est pes ꝯstãs ex tri/bus syllabis. s. duabus primis longis et vltima breui. vt terrore. donãte. et dicitur ab anti quod est contra et bachius bachii. q. contra bachium.

Quatuor ex breuibus proceleumaticus extat
Est dispondeus semper contrarius illi

Superius determiauit de pedibus metrorũ triũ syllabarꝝ. in hac pte de pedibꝫ quatuor syllabarũ. et diuiditur in đ. ptes. In pr̄ia deteriat de pedibꝫ quadrisyllabis. In scđa oñdit vñ dicatur cathaleticus versus. scđa ibi. Atqꝫ semipes. In pr̄ia pte dicit ꝙ ꝓceleumaticus est pes constans ex quatuor syllabis breuibus vt ariete. et dicitur a ꝓceleumatis qđ ē cantus nautarũ. quando eni naute applicabant ad portum cum euasissẽt periculum pre nimio gaudio faciebant isto pede mensuratũ. et qñqꝫ ponitur ꝓ dactilo ꝓpterea ꝙ hẽat tot tẽpora sicut dactilus. vñ virg. in buccolicis. Titpre pascentes a flumĩe reiice capellas.

Et dispōdeus est eius contrarius et constat ex quatuor syllabis lōgis.vt altitudo. audito res.et dicitur a dya quod est duo et spondeus.quasi duos habens spondeos quatuor lon gas syllabas.

Longa breuis longaqꝫ breuis iungantur in vnum
Distrocheum facies:contrarius est diambus.

Distrocheus est pes constans ex quatuor syllabis.prima longa. secunda breui. tertia longa et vltima breui:vt altitudo.et dicitur a dia quod est duo et trocheus.quasi habens duos trocheos. Diambus est eius contrarius et constat ex quatuor syllabis prima breui et secunda longa.tertia breui et quarta longa.vt propinquitas.Et dicitur a dya quod est duo et iambus iambi.quasi habens duos iambos.

Longa simulqꝫ breues et longa simul choriambum
Efficient:antipestus contrarius huic est

Choriambus est pes constans ex quatuor syllabis prima et vltima longis duabus me diis breuibus:vt omnipotens.et dicitur a chorea quia carmina in choreis talibus pedibꝫ mensurata solebant cantari.quasi choreas ambiens.Antipestus est contrarius eius. ⁊ cō stat ex quatuor syllabis prima et vltima breuibus et duabus mediis longis: vt retunden te.et dicitur ab ana quod est re et pestum percutere.

Tuqꝫ duas longas breuibus coniunge duabus
Maior erit ionicus:minor contrarius est huic.

Hic declarat actor de pedibus ionicis.et dicitur a ionico inuētore:et sūt duo pedes io nici.s.maior et minor.Maior ionicus est pes cōstans ex quatuor syllabis primis duabus longis et duabus vltimis breuibus:vt fortissimus. Et minor ionicus est pes constans ex quatuor syllabis primis duabus breuibus et duabus vltimis longis.vt relegentes.

Primus erit peon longam breuibus tribus adde
Longa secunda breues alie tres sitqꝫ secundus
Tertia longa breues alie tres tertius extat
Quartaqꝫ longa breues alie tres quartus habetur.

Hic determiat actor de pedibus peonibus qui sunt quatuor:primus/secundus/tertiꝰ/ quartus.Primus peon est pes constans ex quatuor syllabis.prima lōga. alie tres breues vt legitimus. Secundus peon est pes constans ex quatuor syllabis:secunda longa et alie tres breues:vt amauerit. Tertius peon est pes cōstans ex quatuor syllabis:tertia longa: et alie tres breues.vt agitatus. Quartus peon est pes constans ex quatuor syllabis:quar ta longa et alie tres breues vt celeritas.et dicuntur a peone inuentore.

Prima breuis longisqꝫ tribus prior est epitritus
Sitqꝫ secunda breuis tres longe sitqꝫ secundus
Tertia fit breuis et tres longe tertius extat
Quarta breuis sint tres quoqꝫ longe quartus habetur.

Hic declarat actor de pedibus epitritis et sunt quatuor. Primus epitritus est pes constans ex quatuor syllabis:prima breui et aliis tribus longis:vt vetustates. Secundus epitritus constat ex quatuor syllabis secunda breui et aliis tribus longis.vt perlegentes Tertius epitritus constat ex quatuor syllabis tertia breui et aliis tribus longis. Quartꝰ epitritus constat ex quatuor syllabis quarta breui et aliis tribus longis vt existentis. ⁊ dr̄ epitritus ab epi quod est supra et tritus ta.tū.quasi supra tritus pes.quia antiquitus fre quentebatur.vel per contrariū.quia non erat in vsu.

Semipes ac longus fore dicatur cathaletus.

Versus cathaletus siue cathaleticus est cui deest syllaba ad sui perfectionē vltimi pedis qui pes vltimus semipes et longus dicitur secundū eorū sententiā qui volunt syllabā vltimā metri esse longā. et dicitur a catha qđ est breue vel decisum. q. versus abbreuiatus seu detruncatus est. vt versus ille trocaicus alchimanicus octometer recipiens de necessitate trocheū locis imparibus. paribus vero trocheum vel spondeum. Pange lingua gloriose virginis preconia. Acathaleticus vero dicitur versus cui nihil deest. ab a quod est sine ꝛ cathaleta detruncatio. q sine detruncatiōe. Hypermeter versus cui superabundat syllaba vel substantialiter in illo versu alchimanico tetrametro dactylico. arguto canere da radegundis. vel accidentaliter. vt in illo versu heroico prudentii. Perficiat lux plena viros sic algida boree. Et tunc sequens versus debet incipere a vocali. Est alius versus spōdaicus. vt ille Ouidii. Margine terrarū porrexerat amphitrices. Est et alius versus asclipeadius choriambicus tetrameter. ex primo spondeo duobus choriambis et vltimo iambo vel pirrhichio. vt ille versus. Sāctorū meritis equiparata sit. Alius choriambicus trimetē ex spondeo choriambo et iambo vel pirrhichio. vt Audi que tibi pangimus. Alius est euripedius iambicus in secundo pede recipiens spondeū de necessitate. p̄io iambū vel spondeū. vltimo spondeū. iambū vel pirrhichiū. Est alius itiphaliscus trocaicus recipiens in primo trocheū de necessitate. in secūdo trocheū vt spondeū. in vltio spondeū vel trocheum ꝓpter indifferētiā vltime syllabe harū duarū specierum tale exemplum subiūgitur. Aue dei sacra mater arctos clara. Est et alius biponactius hexameter iambicus locis paribus recipiens iambū de necessitate ceteris iambū spōdeū vel anapestū. vt Qua mater anna virginis purissime. Originis sex nulla quā nec actuū fedauit altū ꝛc. Itē est alius vers⁹ archilocius ab inuentore: iambicus tetrameter. recipiens in secundo pede iambum de necessitate locis imparibus iambū spondeū vel anapestū et vltimo iambū vel pirrhichiū. vt ille versus O gloriosa femina. Est et alius versus saphicus a sapho muliere que suis in carminibus hoc vsa est genere versuū: recipiens in primo pede trocheū: in secūdo spondeū in tertio dactylū. in quarto trocheū. in quinto trocheū vel spondeū. vt Quā poli ciues venerantur almā. Rursus est alius versus alchimanicus trimeter hypercathaleticus ex tribus dactylis ꝛ syllaba superabūdante. vt ille versus. Virginis ecce dies sancte. Preterea alius est pentameter faleucius ab inuentore recipiens in primo pede spondeū: in secūdo dactylū. et in duobus sequentibus duos trocheos. et in vltimo trocheū vel spondeū ꝓpter indifferentiam vltime syllabe. vt ibi. Quisquis composito serenus euo. Et est alius adonius dimeter dactylicus. vt ille Elidit anna. Elegiacus antē est ille pentameter et similes Munda maria fuit semper est et erit. Preter has autē versuū species sunt alie ꝙ plurime quas breuitati studendo sanxi preterire.

Ecce quod vsus habet cedunt sibi sepe sonantes
B mutatur in f. in sex quoqꝫ c. g. p. m s. r.
Differo succurro suggessi suppeto iussi
Summitoqꝫ et surripio simul esse memento.

Superiore loco determiāuit actor de prima parte grāmatice preceptiue scꝫ de ꝓsodia hic cōsequēter secundā videlꝫ orthographiā aggredit᷑: que est de recta scriptura. Dicitur autē orthographia ab orthos quod est rectū et graphia scriptura. q. scientia docens recte scribere. Ordo autē et ratio ordinis huius partis ad alias habitus est superius. Diuidit᷑ autē ista pars in duas. In prima proponit quod intēdit. In secūda exequitur. Secūda B mutatur in f. Prima indiuisa remanet. Sed secūda posset diuidi in tot ꝑtes quot sūt cōsonates. q. primo determiat de ista littera b. scđo de c. ꝛ sic de aliis. Itē hec prima in duas Primo ostendit quomō ista littera b mutat᷑ in f. ꝛ in sex ꝯsonātes. Scđo qualiter interponit. scđa ibi. Ac intercipitur Et hec est diuisio lectionis. Circa primā partē sic procedit actor. Ecce quod vsus habet: suple ꝙ vna consona mutatur in aliam seu transmutatur. i. vna cōsona loco alterius ponitur. Et hoc est quod dicitur in prima parte B mutatur. ꝛc.

Sequitur secunda pars in qua exequitur intentū.et dicit φ ista littera b.mutatur in f. et in c.et in d.in g.in p.ī m.in s.et in r. De primo exemplū:vt offero. quod cōponitur de ob et fero .et mutatur b in f. De secundo:vt occurro succuro.que componūtur de ob et curro sed b mutatur in c. De tertio vt suggessi:de sub et gero.sed b mutatur ī g. De quarto:vt suppeto:de sub et peto.sed b mutatur in p.Etiam b in s.vt iubeo iussi in preterito:mutat b in s.Et in m.vt summitto:de sub ꝛ mitto sed b mutatur in m.Et in r.vt surripio:de sub et rapio rapis.sed b mutatur in r.

Ac intercipitur cum vocalis subit m post
Sicut in ambesus ambages ambigit ambigit.

Hic agitur de interpositione huius littere b.et dicit φ qñ dictio termiata in m compo nitur cum alia dictione incipiente a vocali tunc b ponitur inter m et vocalē.Exemplū po nit vt ambesus.quod componitur de am et de esus.deberemus dicere amesus. sed ponit b.in medio et dicimus ambesus causa euphonie.Similiter ambages pro amages.et am bigo pro amigo.et ambio pro amio.

C quoqꝫ transit in s g t r u qꝫ sonantem
Parsi quingenta:natus:dixiqꝫ:quieui.

Ista littera c transit id est transmutat in s.in g.in t.in r.et in u consonantē.in s. vt par si loco parci.mutatur in g vt quingenta:quod cōponitur de quinqꝫ et centū pro quincēta Quotiens eni n precedit gentos.gentos centū significat.si vero non precedat tūc tantū decem significat.vnde versus. / N m precedat gentos tibi quinqꝫ bis edat. Si preponat centū signare paratur. Unde notandū φ ginta significat semper decē sed genta centum. mutatur similiter in t vt natus de nascor.et in r:vt dixi de dico. et in u consonantē. vt de quiesco quieui in preterito.

Ast intercipitur vt sicubi nuncubi monstrant

Hic actor agit de interpositione c et dicit φ qñ dictio terminata in vocalē vel m.cōpo nitur cū alia dictione incipiente a vocali c.intercipitur.i.imedio ponitur inter duas voca les.vel inter m et vocalem.et ponit duo exempla.s.sicubi et nuncubi. dicimus sicubi pro siubi.et nuncubi pro numubi.et c.intercipitur causa euphonie.

D cadit in t l s c g p r inqꝫ duas ss.
Attinet alludit assumens accidit agger
Appetit arridet istis superadice cessi.

Hic determinat de cōmutatione huius littere d.et diuiditur hec pars in tres partes. In prima determiat de cōmutatione istius littere d.in secūda de interpositiōe eius. ī ter tia de eius subtractione.prima D cadit secūda D quoqꝫ intercipitur.tertia S quoqꝫ cū reliqua. In prima parte dicit actor φ ista littera d.cadit.i.mutatur in t.vt attinet quod cō ponitur de ad et teneo.sed mutatur d in t.et dicimus attinet loco de adtinet. et mutatur d in l.vt alludo de ad et ludo.et in s vt assumo.de ad et sumo.et in c.vt accidit.de ad et ca do et in g.vt agger de ad et gero.et ī p vt appetit.ꝛ ī duas ss.vt accedo accessi.in preterito d mutatur in duas ss.et in r.vt arridet.de ad et ridet.

D qꝫ intercipitur redigoqꝫ redarguo prodest.

Ista littera d.qꝫqꝫ ponit inter cōponētia et ponit exemplū. vt redigo qđ cōponit de re et ago:sed d interponitur et dicimus redigo pro reago.et redarguo pro rearguo.ꝛ prodest pro proest.et hoc fit causa euphonie.

S quoqꝫ cum reliqua d sustrahit vt probat asto.

Quando ista prepositio ad cōponitur cū dictione incipiente ab s.sequēte alia cōsonā te semper d subtrahitur.et ponit exemplū asto quod cōponit de ad et sto. sed subtrahitur d.propter regulā generalē in orthographia qua cauet nullā consonā posse geminari alia consona sequente vel precedente duabus istis consonis.l. et r.exceptis.vt transumo.tran

fero per s et f simplicibus scribuntur.

G mutatur in s et in x et vertitur in ct
Vt spargo sparsi rexi vel lego lectus

Ista littera g. mutatur in s et in x. et in ct. mutatur in s. vt spargo sparsi in preterito g. mutatur in x. vt rego go mutata in xi fit rexi. et mutatur in ct. vt lego lectum lectu.

L mutatur in r et in x mutatio sic fit
Paulula pauxilla dic de tabulaqꝫ taberna

L mutatꝰ in r. ī x. et in t. ponit exemplū vt de paulula quod est parua habemus pauxila similiter de talus taxillus. et forma sic. L conuersa in x fit taxus et u in i. fit taxis et s in l. fit taxil et addita lus fit taxillus. Similiter l mutatur in r. vt de tabula habemꝰ taberna mediante tabella. l. mutata in r. et secundū l in n. fit taberna. et ē taberna tabella pendēs ante domū aliquā ostendens eam esse hospitalem: sed capitꝰ frequenter pro ipsa domo.

M quoqꝫ transit in n si c d q t sequētur
Nuncubi tantundem nunqꝫ identitem hec sunt
Et cum predictis anfractus si placet adde

Hic determinat de mutatione huius littere m. et dicit ꝙ quando dictio termīata ī m cōponitur cū dictione incipiente a c. vel d. vel q. vel t. vl' f. m. in n. mutatur. ponit exemplū vt nuncubi pro nūmcubi. tantundē pro tantumdē. identitem ꝓ idemtitē. de f. vt anfractꝰ pro via tortuosa.

N variatur in m b p qꝫ sequentibus aut m
Combibit impellit ac immittit tibi monstrant
Impius imbutus immunis sint tibi testes
Transit in ss duplicem t c r uqꝫ sonantem
Ipsaqꝫ multotiens et in l. mutatur et in g
Vt fissus catulus ecquid corrumpo questiui
Vllus et ignotus istec exempla tibi do

Quando ista littera n cōponitꝰ cū dictione incipiente a b. vel p. aut m. n mutatꝰ in m. vt combibit pro conbibit. impellit pro inpellit. immittit pro inmittit. respice alia exempla que sūt in littera. Preterea dicit ꝙ transit in ss duplicē. et transit in c et in t. et in r: et in u consonantē. et dicit ꝙ etiā mutatur in l. multotiens et in g. et ponit exemplū de omibus mutatur in ss duplicē. vt de findo fissus in supino. Et mutatur in t: vt de canis catulus. ꝛ in c. vt ecquid quod cōponitꝰ de en et de quid. in r. vt corrūpo pro corrumpo. et in u consonā tem vt sino siui in preterito. et in l. vt vnus vllus. in g. vt ignotus pro innotus.

Q quoqꝫ ceu monstrat quis cuius vertitur in c.
Transit in x coxi vel in s vt torqueo torsi

Q mutatꝰ ī c. vt q̄s cuius. ꝛ in x. vt coquo coxi in preterito. et ī s. vt torqueo torsi in p̄te.

R quoqꝫ transit in l s in u vel n inqꝫ duas ss
Vnde nigellus odos triui dic aeneus vssi

Ista littera r. transit in l. in s. in u. et in n. et duas ss. et ponit exemplū de omibus quā do mutatꝰ in l. vt de niger nigellꝰ diminutiuū. et in s. vt de odor odos. et in u. vt de tero tri ui. et in n. vt aereus de aeneus. et in duplicē ss. vt de vro vssi. in preterito:

S mutatur in n et quinqꝫ d t vel r x m.
Sanguis custodisqꝫ nepos flos rursus et aiax

Ista littera s mutatur in n. in d. in t. in r. in x. et in m. In n: vt sanguis. s. mutata in n. fit sanguin. et addita is fit sanguinis. mutatur in d: vt custos s. mutata in d. et addita is. fit custodis. et in t. vt nepos nepotis. et in m. vt rursus. s: mutata in m. habes rursum. in x vt grecus dicit aias nos cõuersa s in x. dicimus aiax causa metri.

Transit in s quoqз t sed in x si preueniat c
A verto versus a flecto dic quoqз flexus

Ista littera t. mutatur in s. vt de verto. t cõuersa in s fit verso et o in us habes versus. Itẽ t mutatur in x. ita dico si c precedat. vt flecto cõuersa t in x. et o in us. fit flexus

Pro g et s seu pro c et s x accipiatur
Sicut demonstrat lex legis fex quoqз fecis.
Regula sepe tamen fallit conuertitur in ct
Seu mutatur in u: ceu nix nox atqз supellex

Ista littera x. semper mutatur in gs. vt lex x. cõuersa in gs et interposita i. fit legis. vel in cs. vt fex. x. mutata in cs. et interposita i. fit fecis. qñqз tñ mutat̃ x. in u. vt nix niuis. et ĩ ct. vt nox noctis supellex supellectilis.

X quoqз transit in f sic dicas efficit effert
Y quoqз vertis in u dicendo cubele cupressus.

X aliqñ mutatur in f. vt efficio quod cõponitur de ex et facio. et similiter effero effers. de ex et fero fers. sed x. in f. mutat̃. Y quoqз. Superius actor determinauit de cõmutatione litterarũ grecarũ. et dicit ꝙ ista littera y greca mutatur in u. vt vbi grecus dicit cybele: nos dicimus cubele terra est. similiter grec⁹ dicit cypressus nos vero dicimus cupressus. y cõuersa in u. arbor est.

Z quoqз mutatur in d vel s inqз duas ss
Vt setus gassa medentius ista tibi do

Z mutatur in d. in s. solã et duplicẽ ss. et ponit exemplũ ꝙ z. mutetur in s. solã. qꝛ grecus dicit zetus: nos z cõuersa in s. dicimus setus. et est nomen propriũ: de quo ouid. in fine sexti metamor. mutat̃ z in duas ss. vt grecus dicit gaza. nos z conuersa in duas ss. dicimus gassa. mutatur similiter in d. vt grecus dicit mezentius. nos vero dicimus medentius. et est nomẽ propriũ de quo virgilius in x. eneidos. Si plura de hac arte scribẽdi recte volueris videre ad librũ quẽ elegiacis scripsi versibus. qui incipit. Scribere vicenis. recurre vbi nõ mõ de consonis: sed etiã de his que totã concernunt artẽ: informaberis.

Que vel quod generis fuerint monosyllaba primi
Nox si nosce velis hec alta mente notabis
As dens flos seps dis fons mons pons mosqз moris
Lar mas pes pus glis rex ros nar sol quoqз solis
Stirps praes grexqз gregis vir mars sal linxqз tenebis
Ren splen: vasqз vadis ex his vltima noris
Calx quoqз qui pede sit super hoc in mente tibi sit
Que fore bis dena videas simul atqз nouena

Hec est grãmatice preceptiue pars tertia in qua agitur de ethimologia dicta ab ethimos qđ est verũ et logos sermo. q. de veritate partis siue dictionis absolute determinãs. In hac nanqз parte tractatur de ratione significandi que est ratio formalis dictionis: et de earũ dictionũ modis significandi essentialibus per quos ipse dictiões in octo distingũtur oratiõis ptes. Tractat etiã de ipsis significandi accidentalibus modis. Unde huius

Capitulum vi.

partis subiectū est dictio siue verbū vocale rei simplicis expressiuū. Et diuiditur ista pars
in duas:nā in prima parte ostendit dictiones per modos essentiales significandi in octo
partes distinctas.quomō per vnā rōem significandi quedā vnū tm̄ significent.z qualiter
per plures rationes significandi vna vox plura significet.seu qualiter plures voces ꝑ vnā
rationē significandi vnū tantū significent. Secundo agit de accidentalibus modis signi
ficandi duarū partiū principaliū.s.noīs et verbi.propter eorundē modorū significādi plu
ralitatē etetiam ꝗ₂ de modis accidentalibus aliarū simul cū de eisdem disseruit pariter
et de ipsis determiauit. Prima in principio.secunda erit ibi. Uigintiseptem specierū. Itē
prima diuiditur in octo partes:scd'm ꝙ cōtinet octo libros.primus est de noīe. secūdus de
pronomīe.tertius est de verbo.quartus de aduerbio. quintus de participio. sextus est de
coniunctione.septimus de prepositione.et octauus de interiectione. Prima in principio.
secunda erit ibi Donati nostri.tertia ibi Uerbū quadruplici.quarta ibi Sunt adiectiua
quinta ibi participem dicas.sexta ibi A iungo iungis.septima ibi Prepositiua modis.et
octaua ibi Interiectiuas. Harū aūt orationis partiū ordo sumit̄ et ratio.ꝗ₂ septē prime si
gnificant entitates suas per modū cōceptus qui est obiectū intellectus. Interiectio vero
per modū affectionis seu passionis Cōceptus vero affectū precedit ꝗadmodū intellectꝯ
seu cognitiua potentia volūtatē vel appetitū. Rursus septē prime significāt suas entita
tes sub rōe veri obiectiua intellectus. Interiectio vero sub rōne boni vel mali et obiectiua
voluntatis vel appetitus. Inter vero septē primas distinguit modus intrinsecus et extri
secus. Nā quatuor prime.s.nomē.pronomen.verbū.z participiū. ab aliis distingūtur per
modos intrinsecos tm̄.cōiunctio et prepositio per modos extrinsecos tm̄.aduerbiū vero ꝑ
modos intrinsecos et extrinsecos. Attamen ꝗuis aduerbiū aliquando modū importat in
trinsecū:vt leuiter z grauiter.aliquando vero extrinsecū:vt hodie.ibi:et illic.tamen semꝑ
includit terminū formalitatis respectiue per ipsū importate. Prepositio vero et coniūctio
nō includūt sui respectus terminū:inter quas tn̄ est distinctio.ꝗa respectus per prepositio
nem designatus est in vno subiectiue et in alio termiatiue. Coniunctiōis vero respectus
est in duobus diuisis subiectiue. Rursus primarū quatuor que modos habēt intrinsecos
nomen et pronomen significant entitatē sub mō cōceptus intrinseco permanētis. verbū
vero et participiū sub mō cōceptus intrinseco fluentis. Rursus pronomē et si sub mō con
ceptus intrinseco permanētis significet.non tamen sub mō distincti et determiati. Ex ꝗ
bus pꝫ nomen ordine nature reliquas oratiōis partes debere precedere . Ex quibus etiā
vera nominis elicitur diffinitio. Est autē nomē pars oratiōis significās entitatē seu qui
ditatē sub mō cōceptus intrinseco permanētis distincto et determiato. Entitas vero seu
quiditas ꝗuis nō sit genus:cū ipsa nō imediate per differētias formales diuidatūr. sed
per modos intrinsecos:loco tamē generis ponitur.deinde subditur sub modo conceptus
ad differentiā interiectionis:que lꝫ significet passionis entitatē:nō tamē vt ab intellectu
cōceptā.sed vt appetitū afficientē.deinde subditur intrinseco ad remouendū aduerbium
cōiunctionē et prepositionē.que modū important extrinsecū. Et subiungitur ꝑmanētis
ad remouendū verbū et participiū que rem sub modo fluxus important.et additur distin
cto et determiato.ad remouendum pronomen quod significat quiditatē sub mō distigui
bili. Ex quibus patet grāmaticorū altiorē esse considerationem ꝙ logicorū qui soliti sunt
singulas rerū naturas ad decē reducere genera generalissima. Que quidē decē genera
suis modis intrinsecis inter se distincta:et primo per formales differētias distinguibilia.
grāmatici rursus in altioribus modis vniūt:vtputa sex prima genera.s.sbām/quantitatē
ad aliquid/qualitatē/actionē:et passionem in modo intrinseco. In mō vero extriseco qñ
vbi/sitū:et habituꝫ.que quidē quatuor genera:licet inter se suis sint modis intrinsecis di
stincta:ad alia tamen relata eorū dicūtur mensura extrinseca. Rursus in mō permanen
tis quatuor prima scꝫ sbām/quantitatē/relationē:et qualitatē vniūt genera eadē ad du
as primas orationis partes.s.ad nomē et pronomen reducētes. In mō vero fluentis acti
onē vniūt et passionē:eadē duo genera sub verbo et participio reponētes. Quādo vero z
vbi aduerbiū et prepositionē.sitū vero et habitū ad cōiunctionē reducunt. De nomīe igi

tur pars prima librū continens primum diuiditur. q2 primo determīat de nominibꝫ monosyllabis. secundo de nominibus polisyllabis. prima in principio. secunda erit ibi. noīa musarū. Iterum prima diuiditur in quiqꝫ partes. In prima tractat de nominibus masculinis. in secunda de femininis. in tertia đ neutris. in quarta de cōmunibus. in quinta de epichenis. prima in principio. secūda erit ibi Feminei generis. tertia ibi. Hec que sūt generis. quarta ibi. Cōmunis generis. quinta ibi. Si petis extrema. Iterum prima ī duas. quia primo proponit. secundo exequitur ibi. As dens flos. In prima procedit sic. O lector vel auditor si velis noscere. i. cognoscere que et quot nomia monosyllaba sunt masculini generis. notabis. i. mente tua tenebis hec nomina que sequuntur: alta mente. i. profūda. As assis est tota hereditas vel pondus duodecim vncias continens. vel solus punctus de cii. vel obolus. et inde assiduus. i. plenus assibus. gallice ayse. vnde versus. Est obolus pūctus pondus possessio tota. Flos de fluo is. seps pis. est serpens. vnde lucanus in ix. rabificus seps. hic dis ditis pro plutone. de dito as. vnde versus. Dis pro plutone ꝑ diuite dis quoqꝫ pone. Fons de fundo dis. vel foueo: mons de moueo es. pes a pos grece qđ ē pes latine. mos ris. de mora vel a maioribus. lar est propriū nomē regis. vnde versus. Lar propriū nomen gtūs sit tibi lartis. Lar domus et numen subsequiturqꝫ laris: Lar laris est diuus. lar lartis rex fuit olim. pons tis. de pono is. hic pus ris. est custodia. hic glis est aīal. đ glisco scis. hic rex de rego gis. hic ros de roro roras vel de ruo ruis. nar ris. est fluuius a nare. sol quasi lucens solus. hic praes dis. de preda. hic grex de grego gas. vir de vireo vires. mars tis. est deus belli. sal de salio is. linx est animal acutissimi visus. vnde versus. Nos aper auditu precellit: aranea tactu. Vultur odoratu: linx visu: simia gustu. vas đ vado is pro fideiussore. calx cis. de calco as. pro parte pedis. Modo concludit ꝙ sunt vigintinouē nomina monosyllaba masculini generis.

Feminei generis sunt hec que noscere quibis
Pax arx calx cis cos et stix dos falx quoqꝫ falcis
Glos et frons frondis gens fax fex frons quoqꝫ frontis
Lux lex fraus fraudis simul et laus accipe laudis.
Lis glis lens lentis glans lanx mens deniqꝫ mentis
Lens merx mors mortis pars et sors deniqꝫ sortis
Nux nix ars artis nex pix pres nox quoqꝫ noctis
Ops res vox vocis stips et stirps deniqꝫ stirpis
Spes trabs cruxqꝫ crucis vis et strix vrbs simul vrbis
Puls frux faux faucis et scrobs daps plebs quoqꝫ plebis
Scops seps vix vicis et spinx hec exempla notabis
Hec quinquaginta tibi sint bis ternaqꝫ cuncta

Hic determinat actor de nominibus femininis monosyllabis. et diuiditur lectio in tres partes. in prima proponit. in secunda prosequitur. in tertia cōcludit numerum. secūda. Pax. tertia. Hec quinquaginta. Pax dicitur de paciscor eris. arx de arceo es. q2 arcet id est repellit hostes. calx de caleo es. cos tis. a caute. est autē lapis dictus in mari a cauendo. et capitur cos pro lapide acutorio. vnde Oratius. Fungar vice cotis quia ferrū reddit acutum. stix gis. est palus inferni. et strix est auis. vnde Stix palus est herebi: strix strigis ē volucris. dos dotis de do das. falx cis a fallendo. glos de glorior ris. frons dis de frondeo des. gens de gigno is. fax cis. de facio vel a fos quod est ignis. fex de feteo es. frons a fero fers. lux de luceo es. lex de lego gis. fraus de fraudo as. laus de laudo as. lis litis đ limes glis tis pro terra de glisco is. lens tis. de lenio is. glans dis. primitiuū est. lanx de latus tatū. mens de meministi it. lens dis ꝑ lēdc: de lenio is: merx cis. de mercor ris. mors de mor

Capitulum vi.

deo es.pars de partior tiris.sors de sortior ris.nux de noceo es.nix a nube. ars artis de arto as.nex cis.de neco as.sed modo non est in vsu tamen inuenitur. Erat autē nex eorum id est mors.prex cis.de precor ris.nox de noceo es.ops pro terra.res de reor ris.vox de boo as.hec stips pis pro obolo de sto as.spes spei de spero as.trabs bis de trabo bis. crux d̄ crucio as.et est genus tormēti.sed in plurali sunt meretrices.vnde versus. Sume crucē dñi: qui spernis cū crucibus esse.vis de vireo es.stix gis.palus infernalis.hec vrbs bis.ab orbe. quia fiebant rotunde.puls de pello lis.qz pellēdo fiūt.vel a puluere. frux de fruor ris. nūc non est in vsu.sed dicimus fruges frugis.faux cis.est maxilla.scrobs bis.dicitur a scropha quod est sus.daps de do das.plebs a polis quod est pluralitas.scobs de scoba.be.seps pis. de sepio pis.sic dicebamus antiquitus.sed nunc dicimus sepes sepis pro clausura.vix cis. de vinco is.fingit vocē in recto:qz dicimus vicis vicē a vice secundū vsum.secundū artem dicimus vix vicis.et idem de quibusdā aliis dicimus. Spinx spingis vel spingos.z est mōstrum habens faciem virgineam plumas ad modum auis et caudā serpentis.vnde vers⁹ Est volucris penna pede serpens ore puella. faciebat eñ tale probleuma transeuntibus. si aliquis sit primo eat quatuor et iterū tribus z vltimo quatuor. z qui nesciebant soluere occidebat.edipus illud probleuma soluit et mōstrū interfecit. illud autem quod taliter incediit:est homo inspiciendo ad eius etates. Et ista nomina monosyllaba feminina in numero sunt quinquaginta sex.

Hec que sunt generis etiam monosyllaba neutri
Accipe:sed primo cor fas far cruxqz teneto
Inde lac os oris pus gith plus os simul ossis
Es ir fel fellis mel cui cōiungito mellis
Hoc sal tus turis vas ver rus deniqz ruris
Postea ius iuris nequeo describere plus his
Que dum conflabis viginti non dubitabis
Communis generis hec bis tria sola notabis
Bos dux fur furis grus sus dis deniqz ditis
Si petis extrema permiscua nominis illa
Que sunt lens lendis pariter grus mus quoqz muris
Omnia centena sunt hec simul atqz nouena
Hec non despiciat quis ne despectio fiat

Lectio diuiditur in quatuor partes.in prima determīat de noibus monosyllabis:q̄ sunt neutri generis. In secūda de cōibus.in tertia de promiscuis et de epichenis. in quarta cōcludit numerū monosyllaborū.secunda Communis generis.tertia si petis. quarta. Omnia centena.prima in tres.in prima proponit.in secunda prosequitur. in tertia cōcludit.sed primo.tertia.sed dum conflabis. In prima parte sic. O lector vl' auditor accipe nomina monosyllaba que sunt neutri generis. Primo hoc cor dis dicitur a cordian grece qđ est cor latine.et hoc fas indeclinabile de facio is.far ris.de frango is. crus ris de curro ris lac tis.a lacto as.vel a lactos grece quod est albū latine.vnde lac quasi liquor albi coloris os oris de oro as.pus indeclinabile pro putredine de puteo es.hoc gith indeclinabile pro herba.alio modo appellatur lolium.plus a polis quod ē pluralitas.os ossis de os oris.es eris de aer.ir concauitas palme.fel de fellis quod est puticula vel pellicula. mel a melos grece quod est dulce latine vel apis.sal de salio is.rus de ruo is.vas de vescor eris.vel d̄ veho is.quasi vehens escas.ver de vireo es.tus de tundo is.sine aspiratione pro gūmi arboris.n.ge.ius de iubeo es.et sunt viginti noīa monosyllaba neutri generis. et in hoc actor concludit numerū. Cōmunis. Hic ponit actor noīa cōis generis vt hic z hec bos is. a bus

grece quod est bos latine. dux de duco cis. fur de furnus na. nū. quod est obscurus ra. rum sus de suo is. qꝛ mediantibus setis eius suimꝰ. grus de gruo is dicitur a sono. dis ditis de dito as. Ista sūt epicheni generis que sequūtur. hic lens lēdis. de lenio is. grus sus mus a mus quod est terra. Et postea cōcludit numerum omniū monosyllaborū. et dicit ꝙ aliqs illa noīa nō despiciat imo in cogitatione sua ⁊ mente teneat ne despectio et despectus inde sequatur.

Nomina musarum doctrinarumqꝫ suarum
Nunc explanabo verbis breuibus reserabo
Euterpe bona delectatio sit tibi prima
Dulce canens tibi sit melpomene musa secunda:
Tertia terpsichore que rerum instructio fertur
Calliope quasi callophone sit quarta vocatur
Quinta tibi clio sit tanqꝫ meditatio rerum
Ex simili simile que repperit eratho fiet
Pluraqꝫ dans polimia sit polis hoc manifestat.
Reddit subtiles animosqꝫ talia capaces
Tanqꝫ celestis vrania nona vocatur
Prima tubas ciet euterpe: tragicumqꝫ secunda
Melpomene carmen inuenit: terpsichoreqꝫ
Psalterium: sed calliope commenta figurat.
Historias clio dat: nos eratho geometros
Rhetoricos polimia: comedosqꝫ talia:
Ast vrania sit que repperit astrologiam.

In precedenti capitulo determiauit actor de nominibus monosyllabis. cōsequēter incipit determinare de polissyllabis iuxta ordinem quem superius tetigi in metris in argumento toti libro antepositis. Et diuiditur ista pars in duas. qꝛ primo determinat ꝺ nominibus propriis. secundo de appellatiuis. prima in principio. secūda erit ibi. Acticus eolicus. Iterum prima diuiditur in tres. qꝛ primo agit de nominibus eorū que transcendūt mundū sensibilē vtputa de musis. secundo tractat de mundo sensibili et eius partibus. Tertio de speciebus quarundā rerū ad mundū sensibilē pertinentiū. quē tractatum triū solemus noīare. prima in principio. secunda ibi. Saturnus genuit. et tertia ibi. Saturno nati. Item prima in duas. qꝛ primo proponit. secundo exequitur de ipsis musis. Secūda ibi. Euterpe. Circa presentem lectionem sciendum est in primis iouem cū memoria concubuisse et ex ea genuisse nouem musas dictas a moys quod est aqua. quia incolūt fōtem apollini deo sapientie consecratum in monte eliconis altero parnasi montis vertice existentem. A quibus musis ipsi fonti sapientie presidentibus omīs sapientia et scientia supplicibus largitur mortalibus. hoc tamen nomen musa multiplicem habet significatōnem vt in his patet versibus. Musa metrum cantus instrumentūqꝫ sonorū. Numen aque nomen propriū sapientia vatum. Dimissis de musis variis opinionibus. Aliis dicētibus nouem musas esse nouē instrumēta quibus vox formatur secundū illud: Instrumēta nouem sunt guttur/lingua/palatū. Quatuor et dentes et duo labra simul. Aliis dicētibus esse nouem intelligentias nouem speras mouentes. Alii autē esse nouem potentias sensitiuas. s. quinqꝫ exteriores. s. visus. auditus. gustus. olfactus: et tactus. et quatuor interiores. s. sensū cōem. imaginatiuā. estimatiuā et memoriam. per quas potentie intel

Noª de memoria

musa

lectiue ministrantur scientie. cū nihil sit in intellectu quod nō fuerit prius in sensu. ¶Has nouem musas arbitror scientiarū ideas in mente diuina existentes que sunt in deo vita et diuina essentia. a quibus omnis scientia deriuatur tanq̃ participatū ab eo quod est tale per essentiam. Igitur iupiter dictus quasi iuuans pater cū memoria cōcubuit. hoc ē deus pater ex fecunda memoria verbū seu intellectionē actualē produxit. videlʒ increatam sed genitā sapientiā in qua ꝛ cū qua simul ab ore ipsius altissimi patris muse nouem ab eterno prodiere quas fontē. i. diuinā sapientiā a qua flumina scientiarū erumpunt colāt dicimus. Cum nihil aliud eas esse duco nisi rōnes immutabiles in ipsa diuina sapientia existentes inter se ex rei natura distinctas. ipsa nāqʒ a deo patre genita sapientia omnū eminēter scias cōtinet. Atqʒ prout nouenis se modis imitabilem nobis seu participabilē contribuit sic eandem noibus nouenis noiamus. ¶Nouēqʒ scientiarū perfectiones quasi riuulos ab eadem nostris infundi mentibus imploramus. ¶De vero nouem preter quas nulla meretur dici scientia. Cū ab his intellectū alie quasi mechando a fine generali diuertentes magis artes dicantur q̃ scientie. in perfecto videlʒ ternario in se ter ducto cōsistentes numero in statu innocentie si stetissemus nobis fuissent innate. nec opus fuisset mechanicis indulgere cū oēs abessent procul a nobis miserie. ¶Harū vero nouem scientiales rationes quibus natura perficitur humana ad triplex triuiū reducuntur secundū q̃ scientia perficit vel intellectum vel appetitū vel linguā. Intellectū vero per scientias reales. appetitū per scientias morales. linguam vero per scientias sermocinales. Reales autem scietie sunt tres. s. metaphisica. mathematica: et phisica. ¶Urania prima musa q̄ interpretatur celestis. dicta ab vr qđ est ignis. celestē inspirat metaphisicam que est de celestibus. q: de deo et substantiis spūalibus que proinde astrologiā dicit̃ inuenisse. q: de his est que a nobis sunt maxime remota cuiusmodi sunt sydera et ea que supra celos sūt. ꝛ in celo empyreo sunt collocata. ¶Eratho vero secunda musa que interpretatur inueniens ex simili simile: edocet mathematicā. ¶Nā et hi qui geometrie student ex protractis in plano breuibus figuris de dimensionibus turriū ꝛ castrorū ex simili simile cōcludētes certissīas faciunt demonstrationes. vt non solū terre sed etiam celorū altitudinē et profunditatem euidentissimis monstrent argumentis. hec autē arismeticam musicā geometriam sub se continet ꝛ astrologiam. ¶Polimia vero tertia musa phisicam seu naturalem inspirat scientiam. dicta a polis quod est pluralitas. et meon quod est memoria. q: hec scientia de oībus tractat rebus. vel vt de principiis vel vt de subiecto vel vt de partibus vel vt de ꝓpriis passionibus. Et q: oportet rhetoricū esse multarū rerū scietiis instructū vt ex his quasi exemplis possit persuadere. iō polimia dicit̃ rhetoricorū pfectiua. Morales scientie seu actiue sunt tres. s. ethica. economica et politica. ¶Euterpe vero musa quarta que bona delectatio seu bona cōuersatio. interpretatur ab eu quod est bonū et tropos cōuersio: ethicā infundit scientiā que est de moribus seu de bona cōuersatiōe homīs vni⁹. dicta ab ethos quod est mos et icos scientia. quasi scientia moralis. ¶Hec dicitur proinde tubas ciere quia antiquitus in tibiis mortuorū seu tubiis lugubria in cōpitis vrbiū tybicines carmina concinebant. vt a lasciuis iuuenes deterrerentur mortis memoria. et bone conuersatiōis moribus vitā instituerent. ¶Talia vero musa quinta que capacitas ingenii vel potens ingenio vt propria domus industria per eam regatur seu familia que ꝓinde comedos dī facere seu economos. Est enī economus ministrator seu dispensator domus quod idē sonat quod comedus qui dicitur a comedia. et comedia a comos quod est villa seu domus et odos cantus. quasi cantus villicus seu domesticus. In hoc enī differunt villa et vicus. q: villa est domus in rure sola: sed vicus est vbi sunt plures domus. De hac aūt dicitur comica lasciuo gaudet sermone talia: ¶Hec autem musa humanis mētibus economicā que de regimine vnius domus est inspirat scientiam. ¶Clio vero musa sexta a cleos grece quod est gloria latine: scientiam confert politicā per quam vrbes ꝛ regna tranquilla potiuntur libertate. que de iustitia tractat legali que suū reddit possessorem instar luciferi clarū et admirabilē: Cuius est preteritorū gesta temporū recordari. historiasqʒ regū meditari vt in ipsis quid vitare in republica et quid eligere debeat: agnoscat. Sermocinales

Scientie sermocinales .3.

scientie sunt tres.s.grãmatica.rhetorica:et dialetica. Calliope vero septima musa dr
a calon quod est bonũ et phonos quod est sonus quasi bonus sonus.hec est illa que scienti

gramatica

am ministrat grãmaticam.et qꝛ eius est litteras docere ideo dicitur cõmenta id est ficta:
seu cõposita.figurare.i.figuris seu litteris representare. nec solũ litteris: sed vocibus nec
vocibus quibuslibet sed dulci sono prolatis res docet exprimere. quare merito dicitur cal
lophone.de qua dicitur Carmina calliope libris heroica mandat. Melpomene vero
octaua musa dicitur quasi dulciter canens.a melos quod est dulce ⁊ poio fingo.quasi dul

Rhethorica

citer cõponens seu loquens scientiã ministrat illã quam dicimus rhetoricam.cuius est or
nato sermone regum in miseriam redactorũ gesta canere.hec est que carmẽ inuenit tra
gicũ.de qua dicitur Melpomene tragico proclamat mesta boatu. Terpsichore nona
musa interpretatur rerum instructio.hec autem scientiam confert dialeticã.cuius est offi

Dyaletica

cium ad alias obtinendum sese prebere instructiuam.hec enim docet moduz alias acqui
rendi scientias.nam in ea subiectum est modus veniendi ex notis ad ignotorũ noticiam:
sicut enĩ psalteriũ seu cythara est instrumentũ quo dulcis melodie sonus redditur. sic dia
letica est quasi instrumentũ quo ex notis ad ignotorũ scientiã peruenitur. iõ dicunt terpsi
chore inuenisse psalteriũ. Predicta aũt de musis et nouem scientiarũ generibus his versi
bus cõprehende. In tria ter genera diuisa scientia musis. Ex elicone nouem participata
fluit. Mons pater omnipotens cuius sapientia fons. Qui visceribus fõtis dulcibus exit
aquis. Sunt idee varie doctrinarũ quoqꝫ muse. Monstrat aqua varias non sapor vnus
eas. Autumno quas musas velut esse canalia per que Gustum diuersum cõtrahit vnda
means. Prima metaphisicam: metasimqꝫ secunda ministrat. Que phisicam sequitur.
ethica cuiqꝫ subest. Economos quita docet:est clio polliticorum. Septima grãmatici:rhe
toris inde sequẽs. Terpsicore nobis artem quam disputo signãs. Vox dialogone forma
habere dedit.

Saturnus genuit tres neptunumqꝫ iouemqꝫ
Plutonemqꝫ quibus diuisa est machina triplex
Hisqꝫ ceres mater fuit ops rea siue cybeles
Ex ope siue reor a creo siue cubon.

Superius determinauit actor de nominibus ad mundũ spũalem seu inuisibilem perti
nentibus determinando de formis idealibus in diuina mente existentibus per quas oĩa
creata inesse prodierunt.consequenter determĩat de his que pertinent ad mundũ sensibi
lem. Et diuiditur ista pars in duas partes.qꝛ primo determinat de corporibus elementa
ribus generabilibus ⁊ corruptibibꝫ. In secunda parte determĩat de corporibus celestibus
ingenerabilibus et incorruptibilibus.prima in principio. secunda erit ibi. Stellas erran
tes. In prima parte dicit saturnũ genuisse tres filios.scꝫ iouẽ.neptunũ:et plutonẽ.preter
hos tamen genuit iunonẽ sororem iouis et vxorem. Ulterius dicit horum matrẽ esse reã
que ops dicitur siue ceres aut cybeles. preterea dicit his tribus natis fuisse diuisaz tripli
cem mundi machinam.s.ioui etherem.neptuno aquam.et plutoni terram. Hic ostendit
primo a quo sunt elementa corpora dum dicit saturnũ ea genuisse. Per saturnũ qui ẽ su
premus planetarũ alii similiter infra ipsũ intelliguntur:a quibus influentibus generan
tur secundũ partes elementa. Post subdit quid generetur dum subdit plutonem per quẽ
intelligimus terram.neptunũ per quem intelligimus aquã.⁊ iouem per quẽ intelligimꝰ
ignem.et per iunonẽ eius sororẽ aerem.vnde versus. Jupiter et iuno neptunus pluto cre
ante. His duo reuera sunt elemẽta deo. Jupiter est ignis:iuno sibi proximus aer. Neptu
nus pelagus fertile pluto solũ. Horum vero elementorũ mater est materia prima siue in
tellecta vt denudata ab omni forma secundũ illos qui dicunt in generatiõibus fieri reso
lutionem vsqꝫ ad ipsam materiam puram siue capta sub forma corporietatis. que gene
sis primo dicitur terra inanis et vacua.ex ista dicuntur generari elementa. quia ipsa e[st]
prima in cõpositione et vltima in resolutione. Et dicitur ops qꝛ prestet opem. vel qꝛ ẽ op
posita seu subiecta forme.dicitur ceres quasi creans res. quia ex ista oĩa corporalia produ

cuntur. Rea de reor quasi rata. q: est firma et ingenerabilis et incorruptibilis. et etiā dicitur cybele quasi cubele. q: in ea cubant forme. seu a cubon quod est solidū. Secundū historicū sensū saturnus regnauit primus in creta q̄ dr̄ deus scd̄m q̄ reges dicimus deos participatiue. Primusq; deorū. q: ex humili plebe fuit sublimatus. iō dr̄ sine genitore. sicut dicimus de nabugodonosor primo rege caldeorū. et de cyro rege persarū. fuit tamē a ioue suo filio expulsus et venit in italiā a quo itali dicti sunt proles saturnia. vt habetur septimo eneidos. regnū vero crete iupiter. insulas maris neptunus. et pluto terrā cicilie vbi fertur esse descensus ad inferos occupauerūt. quare celi tanq̄ principalis regni iupiter: neptunus aquarū: et pluto inferni sibi sedem vendicauerunt.

Stellas errantes septem dic esse planetas
Luna venus stilbons sol saturnus iouis et mars
Sol lucens solus: a luceo luna venusq;
A veneror: kyrios mercantum mercurius sit
Mars mors: iupiter a iuuo: saturnus satur annus.

Hic agit actor de corporibus celestibus ingenerabilibus et incorruptibilibus. et dicit q̄ sunt septem stelle erratice. i. vagātes p̄ circulū obliquū siue zodiacū. Stella a sto as dicta fuit. et planeta a plane qd̄ est error. q: fuerūt prio cā erroris. Luna est prīa planeta in prīa spera. venus siue lucifer secundus in secunda. stilbons. i. mercurius. quasi stillās bonū est in tertia. sol in quarta. mars in q̇nta. iupiter in sexta. et saturnus in septiā. Supra has septē speras est immediate spera firmamenti in qua sūt stelle fixe. supra qd̄ astrologi ponūt duos celos. theologi vero tres q: vndecimū empyreū ponūt imobile. qd̄ creatū imediate fuit angelis repletū. Decimū ponunt primū mobile quod oēs rapit inferiores speras viginti quatuor horis. Nonū ponūt cristallinū quod mouetur supra polos zodiaci centū annis vno gradu/ octauū supra polos libre et arietis octuaginta ānis vno gradu. saturni spera. xxx. iouis xii. martis duobus annis sol. cccc. lxv. diebus et fere sex horis. quoniā ab ipsis sex horis sunt subtrahende duodecim minute seu quinta pars hore. vnde solstitiorū anticipatio procedit et equinoctiorū. luna vero xxvii. diebus. viii. horis. transeūt zodiacum. Preterea ostendit vnde deriuentur noīa hmōi planetarū. et dicit q̄ sol dicitur quasi solus lucens. luna quasi luce nitens aliena. venus de veneror aris. q: antiquitus ī maximo honore habebatur. mercurius quasi mercantium kyrios. i. deus. mercurius est deus eloquētie et mercatores multum indigent eloquentia. dicitur aūt quasi mercatorum cura. mars. q. mors vel quasi mares vorans. et est planeta mortiferus. s. effectiue calidus et siccus. iupiter a iuuo as. et saturnus quasi satur annus.

Est aries taurus gemini cancer leo virgo
Libraq; scorpius et sagitarius et capricornus
Est et aquarius hunc comitatur postea pisces
Hic opponuntur vt in ordine queq; sequuntur
Est li. ari. scor. tau sa. gemi. capri. can. le. a. pis. vir.

Hic agit actor de signis p̄ q̄ sol transit p̄ zodiacū et in q̄bus per quēlibet mensē trāsit. A medio em̄ marcii vsq; ad mediū ferme aprilis sol est in ariete propter arietis proprietatē q̄ diuidit iacēdo annū. iacet em̄ medio anno sub vno latere. et alio medio sub alio latere. sic sol ad primū gradū illius signi veniēs diuidit noctē et diē p̄ equales horas. q: tūc est vernale equinoctiū et nox xii. horas continet et dies totidē. A medio aprilis vsq; ad medium maii sol est in tauro. q: sicut taurus est ariete fortior sic et calor solis fortificatur. A medio maii vsq; ad mediū iunii sol est in geminis. q: virtus solis geminatur. A medio iunii vel circa sol est in cancro. q: sicut cancer est aīal retrogradū sic a primo gradu illius signi sol incipit descendere. est em̄ in ipso primo gradu cancri estiuale solstitiū dictū. pinde solstitiū

ꝙ sol in altiori loco sit constitutus. A medio iulii vsq3 ad mediū augusti sol est i leone propter leonis fortitudinē. sub quo sol vehementissimū habꝫ calorē. A medio augusti vsq3 ad mediū septembris sol est in virgine. q2 sicut virgo est sterilis sic est terra in illo mēse. A medio septembris vsq3 ad mediū octobris sol est in libra pro eo ꝙ quasi dies equantur noctibus. et tunc est autūnale equinoctiū. A medio octobris vsq3 ad mediū nouembris sol est in scorpione. q2 tunc incipit in cauda illius signi frigoris asperitas humana pungere corpora. A medio nouembris vsq3 ad mediū mensis sequentis sol est in sagittario. q2 tūc imbribus sagittamur et pluuiis. In medio decembris sol igreditur capricornū. q2 sicut caper ad frondes se erigit depascendas: sic a primo gradu huius signi sol incipit ascendere. et tunc est solstitiū hiemale: pro eo ꝙ sol infimum teneat gradū. In medio ianuarii sol ingredit aquariū siue vrnam. q2 tunc sol abundantissimas velut ex vrna fūdit pluuias. In medio februarii ingreditur sol pisces quod est animal in aquis viuens. sic et tunc omīa aquis natant. Hic opponuntur. Agit hic actor de oppositione signorū et dicit ꝙ libra et aries opponuntur. scorpius tauro. et sic de aliis.

Est tibi saturne domus eglocerontis ꝛ vrne
Inde iouis dona pisces simul atq3 chirona
Est aries martis et acute scorpio partis
Libram cum tauro venus ambit purior auro
Suscepit erigonem stilbons geminumq3 latonem
Cesserunt soli lune cancer leo soli

Hic agit actor de domibus singulorū planetarū. et dicit ꝙ capricornus et aquari9 sūt domus saturni. pisces vero et sagittarius iouis. aries et scorpio martis. libra et taurus veneris. virgo et gemini mercurii. cancer lune. et leo solis. Egloceron est caper cornutus ab egle qđ est caper et ceron cornu. Vrne. i. aquarii. Chyron fuit sagittarius qui fuit occisus in bello troiano. et ideo hic ponit̄ pro sagittario. Erigo fuit qđam virgo q̄ propter pietatē quā habuit ad icarū patrē suū delata fuit ad celū. et est signū illud in quo sol est in augusto. Geminū latonē vocat castorem et polucē filios iouis ꝛ lede et ex latona quadā pte geneis oriūdos. Suscepit erigonē ē ibi ꝑpallage. erigo et gemi suscipiūt stilbonē. i. mercu:

Saturno nati tres sunt: neptunus aquarum
Jupiter astrorum: genitor. pluto miserorum

Hic actor repetit de filiis saturni vt regna ei9 diuidat. et dicit iouī dominiū cessisse astrorū. neptuno aquarū. et plutoni dominiū miserorū. vt visū fuit supra.

Gorgone atq3 tres monoculeq3 fuere sorores
Stennio scilicet euriale simul atq3 medusa

Phorcus teste lucano in. ix. numen et rex aquarū habuit tres filias gorgones dictas a ge quod est terra et orge cultura. q. terre cultrices. he aūt fuere stennio euriale et medusa. Istis morte ingruente pater reliquit regnū. medusa aūt eos qui ipsā cernebant: vertebat in lapides. sed ad eā interficiendū missus est perseus qui mutuauit arpē. i. gladiū mercurii et scutū palladis cristallinū in quo vidit medusā ꝛ cū arpe sibi caput amputauit. de guttis sanguinis cuius natus est pegasus equus allatus. Rei veritas fuit istas tres stennio. eurialē et medusā patri successisse in vno regno. ideo dicuntur habuisse vnū oculū. Perseus autē istā terrā sibi subiugauit facundia mercurii et potestate palladis. vel vnū. i. vnā3 pulcritudinem. Phorcus est mētis grauitas: quem gorgon. i. terror committatur. Isti terrores sunt stennio que interpretatur carnis debilitas. euriale cogitatio fluctuans et instabilis. et medusa obliuio. Isti sunt tres defectus qui sequuntur eos qui habēt vnicum sensualitatis oculum ratione carentes. stennio est suggestio. euriale delectatio. medusa consensus. qui hominem facit durescere in lapidem et frigidum reddit caritate amissa. quia

non cōmittitur peccatū mortale nisi cōsensu vel expresso vel interpretatiuo. sicut illius q cōsentit in delectionē. cū eñ delectatio sit modus intrinsecus actus talis interpretatur cō sensisse in actū. nisi esset a deo breuis actus ꝙ actus dici nō meretur. hmōi vicia vicit per seus. i. virtuosus gladio mercuriali. i. sapiā palladis. ex sanguine cuius vicii pñcipalis. i. ex victoria oritur equus alatus. i. fama que per vniuersū orbē diuulgatur.

Hesperides quoqꝫ tres egle neptusa arethusa

Hesperides fuerunt tres filie hesperi regis hispanie filii fratris athlantis. s. egle. ne ptusa. arethusa. Egle interpretatur capra. qꝛ cōis meretrix fuit. neptusa dicitur que nep tuno prope mare passa fuit vim. arethusa dicitur ab ares quod est virtus. qꝛ virtuosa erat puella. Fingunt habuisse ortū in quo erant poma aurea. sed vigil draco ea seruabat. her cules vero draconē superauit: et poma secū deportauit. Arbor est volumē philosophie vbi sunt poma. i. veritatis cognitiones auree. hercules. i. quilibet virtuosus superat draconē id est vigilantiā et studiū. he tres filie sunt hesperi qui philosophus extitit clarissimus: qui oriens in vespere. i. nocte ignorantie humane: hoīes illustrauit lumine sapiētie. eius filie sunt tres scientiarū species. s. scientia logicalis siue sermocinalis cōtinens sub se grāmati cam rhetoricā ꝛ dialecticā. que dicitur egla. i. meretrix qꝛ logicales scientie sunt cōes. tū qꝛ ꝓprietates cōsiderant cōes. tū qꝛ omibus miscentur scientiis. Secūda spēs scientiarū est moralis: que sub se continet ethicā: iconomiam et politicam. proinde dicitur arethusa ab ares quod est virtus. qꝛ moralis scientia est de virtutibus. Tertia species scientiarū est sci entia realis que sub se cōtinet metaphisicā mathematicā et phisicā q̄ per neptusam desi gnatur. qꝛ neptusa nupsit neptuno: qui dicitur quasi nubens terram. i. cooperiens. qꝛ est hmōi scientia. et de celestibus terram tegentibus et de ipsis terrestribus. Uel dicitur nep tunus quasi nube tonans. et sic scientia ista cōiungitur seu nos iungit in nube tonāti. qa est de deo et eius effectibus. Istarū triū sororū est vnus ortus. s. phl'ie seu artiū facultas. in quo crescunt aurifere arbores a quibus decerpuntur fructus. quibus homibus cōis scien di appetitus fruendo quātū in his possibile est mundanis satiatur. qꝛ testante psal'. Satia bor cum apparuerit gloria tua.

Arpie quoqꝫ tres aelo occipiteqꝫ celeno

Arpie fingunt habere vultus virgineos: allas auiū: et pedes gallinaceos. Arpie dicun tur quasi rapie. de rapio is. viuebāt eñ de rapia. dicūtur fedasse mensas phinei regis qui excecauit filios suos ad accusationē nouerce. vñ post ipeditione diuina excecatus ē ꝛ vera tus est ab arpiis: zetus tñ et calais filii boree arpias vsqꝫ ad trophades īsulas fugauerūt Per has arpias raptores designantur et bene dicūtur habere vultus virgineos. qꝛ rapia dicitur sterilis sicut virgo. Uñ dicit. Rusticus in luna quā sarcina detinet vna. Mōstrat per spinā nulli prodesse rapinā. alas habent. qꝛ raptor citovolat ad rapinā. ꝛ pedes habēt gallinaceos. qꝛ quicquid rapiūt cito dissipāt et dispergūt. ꝛ sunt tres: quarū prima est aelo quasi aliena rapiēs. occipite interpretatur cito rapiens. et celeno quasi celans aliena. vel quasi cenū habēs in ventre. qꝛ fluidū habent. et hic exprimitur modus raptoris quia alie na cupiunt: cupita cito capiūt: rapta abscondūt. Phineus a fenore quasi pheneus. i. fene rator filios excecat. i. diuitias abscōdit monitu nouerce. i. tenacitatis excecatꝰ latet qꝛ nul lius est fame. Arpie eius mensas fedant: qꝛ raptores libenter vexant tenaces et auaros: zetus. i. inquisitio et calais. i. bonū cū auarus bona inquisitione debitoribus bona restitu it. tunc quasi arpie repelluntur. qꝛ tales a raptoribus non vexantur. Dictū est ꝙ mensas phinei fedabant quousqꝫ ipse hospicio recepit iasonem euntem ad vellus aureū obtinen dū quas zetus et calais socii iasonis fugauerūt vsqꝫ ad insulas trophades. a trophos qđ est cōuersio. qꝛ inde ipsi regressi sunt ad propria.

Tres quoqꝫ fatales que ducunt fila sorores
Cloto colum baiulat: lachesis trahit: atropos occat

Tres sunt sorores que fata appellant. s. cloto. lachesis: et atropos. cloto interpretatur

euocatio:quia euocat de non esse ad esse.lachesis vero protractio. quia protrahit vitã ho
minis.atropos cõuersio.qz quod alie due faciunt hec destruit.vnde versus. Res de nõ eẽ
cloto pducit ad esse. Tradit eis esse lachesis trahit atropos occat.vel atropos dicit quasi
sine cõuersione.qz postq̃ fit disgressio de esse ad nõ esse: nullus est regressus. qa de morte
ad vitam nulla est regressio.vñ versus.Si lachrime vel opes aias reuocare valerent.Ta
talus atqz sui soli sua regna tenerent.Vel dicit atropos sine ordine. qz nulli parcit digni
tati.vñ dr.Per ternas metas fatorũ voluitur etas. Pricipiũ vite moderatur cloto perite
Lachesis affatur q̃ sors vite teneatur.Atropos immittis ad opus trahit omnia ditis.
Mors em̃ equo pede pulsat aulas diuitum et tuguria pauperũ. Per filum intelligimus
debilitatem vite:qz status noster debilis et cito labitur q̃admodũ filũ cito rũpitur.vñ. oui
dius.Oia sunt hoim tenui pendentia filo.Et subito casu que valuere ruũt.Idẽ.Ludit in
humanis diuina potentia rebus.Item notandũ q fata alio nomine dicũtur parce per an
tifrasim.qz nemini parcũt.Aliqui dixerũt hunc versum cloto colon.zc. esse falsũ dicentes
primã de baiulat esse longã.qz i posita inter duas vocales est regulariter duplex consona.
excusantes actorem dicẽdo q versum ab antiquis inuenit sic cõpositum quẽ noluit corri
gere.sed dicamus primam de baiulat breuem iuxta illud. Iotaqz composita simplex est
sepe reperta.dicitur enim baiulo a basis et iulio qui rem portauit romanorum. ideo sum
ptum fuit pro sustentare.

Tres quoqz gratuite dant gratis grata sorores
Dic euprosignem dic eugala pasitheramqz.

Tres sunt gratuite sorores seu tres gratie.scilicet pasitera euprosigne et eugala.Pa
sitera interpretatur bona cogitatio.Euprosigne aũt bonus sonus interpretatur. et euga
la bonũ opus.Et notandũ q pasitera depingitur habens dorsum versum dans pomum
aliis duabus.per quod significat q dãs non debet habere respectũ remunerandi.Alie ve
ro due depinguntur dantes duo poma aurea qđ significat q dator debet in duplo remu
nerari.et hic satis ostenditur modus dandi et remunerandi.

Nautarum quoqz tres tu dicas esse timoris
Sirenes siue scillam sirtesqz caribdim

Sirenes dicuntur esse filie achelop et calliopes dicte a sirẽ quod est tractus. qz naues
ad se trahũt dulcedine cantus sui. scilla autẽ per quã luxuria designatur mutata fuit ab
vmbilico inferius in monstrũ marinũ.et dr de scilleo es.qđ est moueo es.qz ibidẽ ex freqn
ti inundatione maris psepius submergũtur.Itẽ sirtis est periculũ marinũ p quod auari
cia designat.Caribdis p quã gulã significamus dr quasi carinas abdẽs.i. abscondẽs . vñ
Ouidius.Et vomit et potat dira caribdis aquas.Actor noster omisit acroceraunia dicta
ab acros quod est mons et ceron quod est cornu.q montes cornuti.et dicuntur eleuatiões
fluctuũ.vnde possunt comprehendi sub scilla.que nihil aliud est nisi eleuatio maris. Vel
dicuntur acroceraunia ab acros quod est mons et amnis huius amnis . quasi amnes mõ
tuosi.i.ad modũ montiũ eleuati.vel ab acros quod est mons et ceraunos quod est fulmen
quasi montes fulminati in quibus cadit sepe fulgur.

Tres quoqz censores apud infera sunt quasi reges
Cognitor est veri minos cogitqz fateri
Veraqz scrutanti censura datur radamanti
Tu miseros punis ardentibus eace prunis.

Isti fuerũt filii iouis q dicũtur iudices apud inferos.qz fuerũt iusti iudices in hoc mũ
do.Minos.i.minax vel minãs.qz minãdo cogit fateri veritatẽ. Radamãtus interpreta
tur verũ scrutans.et declinatur hic radamantus ti.vel radamas tis.Eacus vero dr puni
ens.De his aũt tribus iudicibus habemus hos vs.Mẽs minos vox est radamãtus z eacus
actus.Tres sũt et torquẽt crimĩa trina reũ.Ecce qualit scdz poetas imo scdz gẽtiles apđ

inferos nō solū operis sed oris nec etiā solū oris sed etiā mētis peccatū punit. In omni iudicio tria sunt necessaria. s. inquisitio veritatis. promulgatio sententie et executio.

Sermonum genera tria sunt greceq3 vocantur
Dragmaticon hermenticon didascaliconq3
Donatum queras eneida bucoliconq3

Tria sunt genera sermonū seu tres sunt modi loquendi secundū grecos. primus ē dragmaticus. et dicitur a dragma grece quod est interrogatio latine. ₇ isto mō vtitur donat⁹ in partibus. Alius est hermenticus. i. interpretatiuus. et isto mō vtitur magister galterus in alexandro quando interpretatur gesta alexandri. Tertius est didascalicus. et habem⁹ exemplū in bucolicis: sed maxime attenditur inter doctorē et discipulū. et est ꝓprie sermo magistralis.

Tres triuie sedes: proserpina: luna: diana

Triuia dr̄ quasi habens tres vias: vnā in celo. et tūc dr̄ luna: quasi luminū vna. q2 de⁹ fecit duo luīaria magna. vel dr̄ luna quasi luce nitens aliena. Aliā aūt habet viā in siluis et tunc dr̄ diana a diā quod est clarū et neos quod est nouū. q. noua lux. vl'a dya qđ ē duo et ana rectū. q. habēs duo cornua erecta. Aliā aūt h3 viā apud inferos scđ3 qđ dicitur ꝓserpina a prope et serpo is. q. prope serpens. et sic triuia luna est in celo. Diana in siluis et ꝓserpina apud inferos. vel dr̄ proserpina. q2 ꝓpior est terris ceteris planetis. vn̄ versus. Inferior ceteris est luna planeta planetis. Quare tartarea fingitur esse dea. Hec tria deb3 habere qlibet sapiēs. q2 debet esse luna in celo considerando supna: q̄ nec oculus vidit nec auris audiuit: nec in cor homis ascendit. d3 esse diana in siluis: cōsiderando caducitatem terrenorū nec illis adherere. debet esse proserpina apud inferos ꝯsiderādo infernalia. q2 ibi est fletus et stridor dentiū. et sic vicia relinquere et virtutibus totis viribus adherere

Eumenides quoq3 tres thesiphone: allecto: megera

Acheron deus cuiusdā fluuii infernalis ꝯcubuit cū dea nocte: et ex ea genuit tres furias infernales. s. tesiphonē. allecto: et megerā. Allecto dicitur ab a quod est sine et lectos requies. q. sine requie. et per hanc peccatū cordis intelligitur. Tesiphone interpretatur vox quā peccatū oris figuratur. et megera interpretatur longa intentio. et dr̄ a mega quod ē longū et geron contentio. et per hanc peccatū operis denotatur. vnde versus. Tesiphone q2 dat sonitū qm̄ sine pausa. Allecto tibi sit: contentio longa megera. Tres agitant mentem furie rōne carentē. Cū mens bachatur tūc allecto vocitatur. Et cū mēte vera despumat in ore megera. Tunc est tesiphone cū produnt iurgia voce. Mentes verba man⁹ sordent allecto flagellat. Mentes tesiphone verba megera manus. Tesiphone sonus horribilis lis longa megera. Allecto pena grauis istis miseri cruciātur. He aūt apud inferos dicuntur eumenides. ab eu quod est bonū et mene defectus. q. deficiētes omni bono. Apđ supos dicūtur dire. q. deorū ire. et apud hoies furie. q2 faciūt eos furere et insanire.

Vt dicunt auctores est ethiopia triplex
Est orientalis. occi vel meridiana

Triplex est ethiopia. s. orientalis. occi. i. occidentalis. et meridionalis.

Tres mundi partes europa videlicet atq3
Affrica quis asiam maiorem connumerabis

Europa dicitur ab eu quod est bonū et ripa pe. q. habēs bonas ripas. melius est em̄ tēperata ista pars mūdi q̄ꝫ alie due. et est quarta mūdi pars a meridie vsq3 ad occidentē. Affrica dicitur de affero ers. q2 ab ista ad alias merces deferūtur. et est a pūcto occidētali vsq3 ad punctū septentrionis cōtinens quartā mūdi partē. Asia interpretatur eleuatio. ₇ ē tertia pars mundi continens medietatē orbis. s. a pūcto septentrionali in meridiem per punctum orientalem diuisa ab aliis duabus per mare mediaterraneum quod fluit a pūcto septentrionali in meridiem.

Uel dicit aſia a puella hoc noīe vocitata que eā poſſedit ſicut europa filia agenoris. In aſia ſūt ſeptē regna.ſ.nabatheorū ab ortu ſolis.egiptiorū.perſarū. chaldeorū. medorum. et aſſyriorū.in quo eſt babilon que toti aſie dominata eſt. In europa ſunt quatuor regna principalia.ſ.grecorū.italicorū.in quo eſt roma caput mūdi.regnū francorū et hiſpanorū. In affrica ſūt duo regna.ſ.regnū ethiopū.vbi eſt carthago ciuitas principalis totius affrice et emula rome.et regnū maurorū.et ita tres ſunt maiores et principales ciuitates mūdi.ſ.babylon.roma.et carthago .et duodecim regna principalia.

Tres triuij ſpecies dic lexim ſinthā reſimq̨

Triuij.i.ſciētie ſermocinales ſunt tres.ſ.lexis.i.ratiocinatiua ſcientia que docet ratiocinari dicta dialectica.qm̄ logica eſt nomen tribus huius triuij ſcientijs cōe. Secunda eſt ſinthesis.i.ſcientia docēs orationē cōgrue cōponere.a ſin quod eſt con et theſis poſitio. q. cōpoſitio.hec eſt grāmatica. Tertia eſt rheſis.i.rhetorica.que docet ornate loqui.vn̄ verſus Rhetoris eſt rheſis:ac lexis eſt logicorū.Sintheſis eſt proprie ſpeculatio grāmaticorū.

Ortho proſo diaſin ſpecies tres grāmatice ſunt

Tres ſunt partes preceptiue grāmatice.ſ.proſodia.orthographia.et diaſintheſtica.cōprehendendo ethimologiā ſub ipſa diaſintheſitca que eſt de compoſitione dictionū ſeu partium.quare ipſa continet ſub ſe ethimologiam ſicut ea que eſt de toto eam que eſt de partibus.cum totum ſine partibus eſſe non poſſit.

Tres celle ſunt fantaſis et logice memoranſq̨

Tres ſunt celle capitis ſecundū actorē noſtrū.ſ.fantaſia ſub qua comprehendit duas ſcʒ ſenſū cōem qui apprehendit ſpecies rerū exterius ſenſatarū .et inter eas ponit differētiam.et imaginatiua que ſpecies per ſenſum cōem acceptas cōſeruat. et eſt ſenſitiui cōis memoria. Secunda eſt logica.i.ratiocinatiua que dicitur in hominibus rō particularis ſiue cogitatiua.in animalibus extimatiua.et hec apprehendit ſpecies non ſenſatas vt ſpeciem inimici et amici. Tertia eſt memoratiua que eſt in extrema parte cerebri etiam conſeruatiua ſpecierū apprehenſarū per extimatiuā.ſūt igitur proprie quatuor capitis celle.ſ.ſenſus cōis.imaginatiue.extimatiue.et memorie.

Treſq̨ trium fratrum tu dicas eſſe tridentes
Fulminis eſt triplex ſpecies flat findit et vrit
Nabilis eſt labilis potabilis ipſa
Cerberus omne vorans tria poſſidet ora canina

Triū fratrū.ſ.iouis neptuni et plutonis tres ſunt tridentes.iouis tridens eſt fulmen quod hʒ triplicē poteſtatem.q2 flat.findit:et vrit. Neptuni tridēs eſt aqua.cuius tres ſūt poteſtates.q2 eſt nabilis.labilis.⁊ potabilis. Tridens plutonis eſt cerberus canis infernalis habens tria capita canina. Spiritualiter tridens iouis.i.dei patris eſt ſpūſſanctus. q2 a patre et ſpūſancto procedit qui afflat.per gratiā findit.i. ſeparat hoīes a carnalibus deſiderijs.et vrit viciorū rubiginē. Neptunus.i.mundus hʒ ſuū tridentē.i. mūdi gloriā que labitur.q2 caduca et momētanea.nabilis a iuſtis non amplectentibus eam. et potabilis amantibus delicias mūdi.vn̄ quo ſunt potate plus ſiciuntur aque. Item lauabilis.q2 ſācti a voluptatibus mundi abſtinentes et pacienter aduerſa tolerantes a peccatis lauant. Per plutonē intelligamus diabolū.per cerberū triplex mortale peccatū.ſ.ſuperbiā.auariciam et luxuriā.a quibus oīa alia originātur vicia.vn̄ Johannes. Om̄e quod eſt in mūdo cōcupiſcentia carnis:aut cōcupiſcentia oculorū:aut ſuperbia vite. Neptunus mundus ē mundi gloria limpha. Spernit eā iuſtus cupidus cupit affluit ipſa. Cerberus eſt mūdus qui carnes deuorat eius. Tres mundi partes dic caput eſſe triplex.

Fertur monoides vnius luna diei
In partes diuiſa duas diathomos extat

Est amphicircos cum pene est lumine pleno
Est panxilenos cum plena est lumine pleno.

Cum luna sit corpus opacũ et tenebrosũ lumen accipiens a sole secundũ q̃ transiẽs per zodiacũ accedit ad solẽ vel ab eodẽ recedit varium recipit lumen. Nã quando est diametraliter cõtra solẽ vtputa sole existente in primo gradu arietis et luna in primo gradu libre tũc apparet tota lucida. nisi fortasse alterũ illorũ fuerit in capite: altero existente in cauda draconis. tunc fieret lune eclipsis. et tunc apparet tota obscura. Sed cessãte eclipsi apparet tota lucida. Et dicitur panxilenos quasi tota lumĩosa. Qñ vero est in medio pũcto inter pleniluniũ siue panxilenos et nouiluniũ dr̃ dyathomos a dya quod est duo ⁊ thomos diuisio. q: tũc apparet pro media parte lucida siue accedẽdo ad panxilenos siue recedẽdo. sed accedẽdo ad nouilunio a dyathomõ. vel ab ipso dyathomo ad nouiluniũ dũ peruenit ad punctũ mediũ dicitur monoydes. q. luna vnius diei. sed dũ accedit a dyathomo ad pleniluniũ vel a plenilunio ad dyathomon et peruenit ad punctũ mediũ: tunc dicitur amphicircos. ab amphi quod est circũ ⁊ circus. ci. q circũ. ca. cũ. i. circulũ. qñ aũt pueniт sub tus solẽ apparet tota obscura et ĩ exitu renouatur. hoc est incipit apparere lucida.

Napades fontis sunt oreades tibi montis
Sunt driades nemoris: nereides q̃ maris
Napee florent amadriades arbore gaudent
Et cum qua viuunt: et sine qua pereunt.

Multa sunt genera nympharum. napades sunt dee fontium. a naps grece quod est aqua latine. Horreades sunt dee montium dicte ab horris quod est mons. Driades sũt dee nemorũ. Amadriades arborum: a drias grece quod est arbor latine. q: cum arbore viuunt: et sine arbore pereunt. Napee vero sunt dee florum. Nereides autem sunt dee maris. Constat autem huiusmodi deas fuisse demones qui infidelibus apparebant a quibꝫ colebantur. Sunt eñ etiam multa nomina deorum: siue vt verius loquar demonũ quos sub diuersis similitudinibus apparentes ipsi infideles honore latrie prosequebãtur. Fauni eñ dei camporum dicebantur a phoni quod est sonus. quia dabãt responsa in campis. Satyri nemorũ: siluani siluarũ. et fontani fontium. vnđ secundum virgiliũ. omnis fons est sacer et omnis mons. Per istas nymphas possumus spiritualiter intelligere animas deuotas quarum quedam sunt napades diuino eloquio affluentes. de quibus in euãgelio Flumina de ventre eius fluent. Alie horreades que in fidei altitudine sunt fundate. de quibus in psalterio. Qui confidunt in domino sicut mons syon. Alie vero driades in siluis habitantes vbi inueniunt vmbraculum contra huius mundi estum et feruorem. vnde Per diem sol non vret te: neq̃ luna per noctem. Nereides que in mundi tribulationibus sunt et maris amaritudines degustant. vnde Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus qui eos consolatur. Napee dee florũ que florent virginitate ⁊ mũdicia. vnde. Justus vt palma florebit. Amadriades sunt que soli diuine cõtemplationi vacant cũ christo morientes in arbore crucis vt cum ipso resurgere possint a mortuis: cũ ipso in gloria feliciter permansuri.

Aeticus eolicus doricus ionicus q̃ boetus
Grecorum vere tibi sint idiomata quinq̃

Superiore capitulo septio egit actor de noĩbus ppriis. ꝯsequẽter hic incipit determiare de appellatuis. Et diuidit ista ps in duas. nã p̃io tractat de grecis et a grecis exortis. secũdo de latinis. Prima in principio. s. in hoc octauo capitulo. secũda incipiet in nono capitulo ibi. Est pater hic cura pater. Iterũ prima pars diuidit in duas. q: p̃io ppo nit enumerando grecorũ idiomata. in secunda determinat de ipsis grecis: secũda erit ibi In grecis alpha. Et diuiditur ista pars in viginti partes. nam q̃uis greci habeant viginti quatuor litteras et nos latini xxii. cum nota aspirationis. tamen litteras tam latinas:

ꝙ grecas ad xx. reduxit non faciens distinctionem inter istas duas litteras camā ꝛ chi. po
nens digamam pro fi. nec distinxit othomicron ab othomega: nec itam a iota: nec quopā
a kapa has duas pro q. ponens. et hypsilon pro u. et demum xi. pro x. ipse noster actor zete
littere vltime preposuit. longe quoz diuersū a grecis tenens ordinē qui sic ordinant litte
ras. Alpha. betha. gama. delta: etha. zeta. itha. tetha. iota. kapa. lapda. mi. ni. xi. othomi
cros. pi. ro. sima. tau. hypsilon. fi. chi. psi. othomega. sui alphabeti litteras i hunc coegit or
dinez. Alpha. betha. cama. delta. etha. fi. gama. iota. lapda. mi. ni. otho. pi. quopa. ro. sima
teta. hypsilon. xi. zeta. ¶ In prima igitur parte agit actor de grecis inchoatis ab a. In
secunda de inchoatis a b. in tertia a c. et sic de singulis. vsqz ad zetam litteram vicesimaz
Secunda est ibi. Littera betha sequens. tertia est ibi Constat apud grecos. et sic de singu
lis. partes videbuntur legendo. ¶ In prima igitur parte dicit actor esse quinqz idioma
ta grecorū. s. acticū. ab actica regione que atheniensis dicitur. eolicū ab eolia. doricū a dori
ca regione. ionicum a ionia. et boetū a boetia. in qua est thebana ciuitas dicta a bus qd̄
est bos. quia fuit edificata ciuitas vbi quieuit bos vagabunda. Idioma dicitur ab idios
quod est propriū et onoma nomen eo ꝙ ab vna quaqz gente idioma nomen accepit. vł qꝛ
vnaqueqz gens habet proprium modum loquendi.

In grecis alpha prior est hec littera greca
Hinc alphabetum dic fore compositum

Alpha apud grecos est prima littera in ordine alphabeti. et inde cōponitur alphabetū
et dicitur ab alpha grece quod est a latine et betha quod est b. quia cōtinet a b c d. id ē abe
cedarium. et a prima vocali et consonante alphabetū denoīatur tanꝙ a dignioribus.

Est ares uirtus hinc dicitur ariopagus
Dicitur abba pater absalon inde uenit

Ares grece est virtus latine. et inde dicitur ariopagus vicusvirtuosus. et dicitur ab ares
quod est virtus et pagos quod est vicus quasi vicus virtuosus. vel ab ares quod est mars:
et pagos vicus q vicus martis. qꝛ in illo vico athenis erat templū martis. vel ibi studebāt
philosophi virtuosi. Abba in greco idem est quod pater in latino. et inde venit absalon. fi
lius dauid. et dicitur ab abba quod est pater et salon quod est pax. q. pater pacis per cōtra
rium. qꝛ semp insecutꝰ est patrē suū dauid donec ab arbore quadā p capillos suspēsus est.

Antropoformite dicuntur ab antropos esse
Est archos princeps quod chiliarcha probat

Antropos grece est homo latine. et inde antropoformita te. factor imaginū. et dicit̄ ab
antropos quod est homo et formo as. q. formans imagines. Archos grece est princeps la
tine. quod chiliarcha probat. i. manifestat. et est chiliarcha homo habēs mille viros sub se
et dicitur ab archos quod est princeps et chyle quod est mille. q pīceps supra mille hoīes.

Est arctos panis arctocopus est tibi testis
Est arctos ursa quod probat arctophilax

Arctos grece est equiuocū ad duo latine. nam vno mō significat panē. et inde venit ar
ctocopus panis cū labore factus. et dicitur ab arctos quod est panis. et copos quod ē labor
quasi panis cū labore factus. Alio mō idē est quod vrsa. et inde arctophilax. et est signū in
celo vel stella prope vrsā. et dicitur ab arctos quod est vrsa et philax quod est amans. quasi
amans vrsam.

A sine significat acephalus hoc tibi monstrat
Re uel retro notat apos quod apocopa signat

A grece est sine latine. sicut monstrat acephalus homo sine capite. et dicitur ab a quod
est sine et cephas caput. q. sine capite. Apos grece est re vel retro latine. et inde apocopa. ꝛ
est figura remouens litteram vel syllabā de fine dictiōis. vt anthoni pro anthonii. et dici

tur ab apos quod est re vel retro et copos incisio.q.incisio facta in fine dictionis.

Quattuor ana notat re sursum equaleqꝫ rectum
Sicut anadiplosis anatheosis anathema
Et iuxta phisicos ana duos scrupulos

Ana grece significat quatuoꝛ latine.s.re.sursū.equale.et rectū. et sic habemus quatuoꝛ noīa inde deriuata.s.anadiplosis quod est figura qñ versus incipit et finit in eadē dictione.vt Multa super priamo rogitans super hectoꝛe multa.et dicitur ab ana quod est re ꝛ diplon plica.q.reduplicatio eiusdē dictionis. Quando significat sursū habemus anatheosis.homo habens memoꝛiā de deo.et dicitur ab ana quod est sursū et theos deus.q. hñs sursū coꝛ ad deū.Qñ significat retro tunc habemus anathema.et est excōicatio. ꝛ dicitur ab ana quod est retro et thesis positio.q.retro positio seu separatio.vnde in lege mosaica illud erat anathema quod erat a cōibus vsibus separatū.legitur eñ ꝙ achā acceperat de anathemate.i.de eo quod erat separatū ab humanis vsibus. Qñ significat equale habemus ana duos scrupulos.et est scrupulus ponderis species apud apothecarios ꝛ phisicos et dicit̄ ana.i.equaliter sicut habemus vnū scrupulū de vno et vnū de alio.

Mons acros atqꝫ leue seu trinacris aut acrisimus
Est agios sanctus scit bene theologus

Acros gre.est mons la.vl' leue.et sic est equiuocū ad duo. De acros quod est mons habemus trinacris.et est mons continens tres montes in cicilia.et dicitur a tris quod est tres et acros quod est mons.q.terra circūdata tribus montibus.s.lilibeo peloꝛo ꝛ pachino. De acros quod est leue habemus acrisimus.panis sine fermento.i.qui non est fermētatus videlicet focacia.et dicitur ab acros quod est leue et crisimus quod est fermentū. q.panis leuiter fermentatus.Agios grece est sāctus latine.vt bene scit theologus. et dicitur a theos quod est deus et logos sermo.q.sermo factus de deo.

Hoc pꝛobat alleotheta ꝙ alleos est alienum
Quod sit athis moꝛbus monstrat athinapalus

Alleos grece est alienū latine.sicut pꝛobat alleotheta.que est figura seu accidentis ꝑ accidente positio.et dicitur ab alleos quod est alienum et thesis positio.q.aliena positio. Athis grece est moꝛbus latine.et inde athinapalus ꝛ est moꝛbus. et dicitur ab athis quod est moꝛbus et palus dis.q.moꝛbus ex aqua paludis generatus.

Est alcon foꝛtis alcides sit tibi testis
Ac immoꝛtalis dicitur athanatos

Alcon grece est foꝛtis latine.et inde venit alcides.et dicitur ab alcon quod est foꝛtis et idos foꝛma quasi pulcer et foꝛmosus. Athanatos grece est imoꝛtalis latine.et dicitur ab a quod est sine et thanatos quod est moꝛs quasi sine moꝛte.

Sicut adolescens famulantem signat adulos
Sicut alexander andꝛo virile notat

Adulos in greco est seruire in latino.seu famulari.et inde venit adolescens. et dicitur ab adulos quod est seruire.qm̄ puer dū est in tali etate debet esse ad seruiendū aptus. Andꝛo in greco est virile in latino.sicut pꝛobat alexander.et dicitur de alo alis et andꝛo quod est virile.quasi virilitatē alens.

Est amphi circum dubiumqꝫ quod amphiteatrum
Arguit:astillud amphibolia pꝛobat.

Amphi in greco est equiuocū ad duo in latino.nā significat circū et dubiū. De amphi quod est circū habemus amphiteatrū locus clausus circūcirca sicut claustrū vel capitulum et dicitur ab amphi quod est circū et theoron quod est videre.q.circūcirca possit videri. est

locus rome in campo marcio quo se gladiatores exercitabant. De amphi quod est dubiũ
habemus amphibolia dubia sententia.et dicitur ab amphi quod est dubiũ et bole senten
tia.q.dubia sententia.vt puto te romã vincere posse.bonũ est hoiem comedere piscem.

Anqꝫ notat circum probat hoc ancile rotundum
Armenis interpres vt perparmenias

An grece significat circũ latine.et inde venit ancile lis. scutũ.et dicitur ab an quod est
circũ et cile quod est rotundũ.quasi circũcirca rotundũ vel brachiũ.q.circũcirca brachiũ po
situm. Armenis grece est interpretatio latine.et inde venit perparmenias liber de inter
pretatione.et dicitur a peri quod est de et armenis interpretatio.q.liber de interpretatiõe

Vt mediastinus probat astin denotat vrbem
Andaqꝫ stercus ab hinc dicitur andegauis

Astin in greco est vrbs in latino.et inde venit mediastinus. homo stans in medio vrbis
et dicitur de medius a um.et astin quod est vrbs.q.homo stans in medio vrbis. Anda gre
ce est stercus latine.et inde andegauis et est nomen ciuitatis. et deriuatᷣ a stercoribꝫ auiũ
ab anda quod est stercus.versus. Sicut pictauis nomen trahit ex aue picta. Sic est ande
gauis auiũ de stercore dicta.qꝛ vbi inuenerũt stercora auiũ ibi fundauerunt ciuitatẽ

Ascli dic vtrem asclites dicitur inde.
Est agmon incus inde pyragmon erit

Ascli in greco est vter in latino.et inde habemus asclites tis. homo hydropicus gros
sus et rotundus ad modũ vtris.et dicitur ab ascli quod est vter. Agmon grece est incus la.
et inde pyragmon.faber iouis.et dicitur a pyr quod est ignis et agmon quod est incus. qꝛ
mediante igne et incude fabricat fulgura.

Littera betha sequens est caulis betha secundus
Est mensura brios sobrius inde venit

Hec est secunda pars huius capituli in qua determinat actor de nominibus exortis
a grecis incipientibus ab hac littera b.que apud grecos sonat sicut u consona apud nos.
et ideo u.sepe mutatur in b vt de cauo caballus.et diuiditur hec lectio in duas partes. in
prima proponit.in secunda prosequitur . In prima parte dicit sic ꝙ betha in greco est secũ
da littera in latino.s.b.et est secundus caulis qui crescit in trunco. Est mensura. Hic exe
quitur dicens ꝙ brios grece est mensura latine.et inde sobrius a.um.hõ cũ mensura,et di
citur a so quod est cum et brios mensura.q.homo cum mensura.

Est quoqꝫ faux branchos a quo dicas fore brancum
Quodqꝫ bracos breue sit hoc probat amphibracus.

Branchos grece est faux latine.et inde hic brancus ci. pro gutture. vel est illud quod i
ore piscis cernitur ad quod dinoscitur an sit recens vel putridus.vel morbus in faucibus
proueniens ex humoribus descendentibus a cerebro in faucibus.et dicitur a brancos qđ est
faux. Brachos grece est breue latine.et inde habemus amphibracus. et est pes cõstans ex
tribus syllabis prima breui media longa et vltima breui . vt legatur. et dicitur ab amphi
quod est circũ et brachos quod est breue.q.circũcirca breue.

Dicqꝫ vorare borũ hinc cerberus est baratrũue
Est vulgare brisen briseus inde venit

Boron grece est vorare la.et inde cerberus ianitor inferni.et dicitur a creos quod est
caro et boron quod est vorare.q.uorator carniũ.et inde dicitᷣ baratrum de voro as. Brisen
in greco est vulgare in latino.et inde venit briseus idẽ est quod bacchus.et dicitur a brisen
quod est manifestare.qꝛ manifestare facit secreta.

Quod cõsumere sit bronum bronius manifestat

Est bares fortis baroqꝫ monstrat idem

Bronũ grece est cõsumere latine.et inde bronius.i.bacchus.et dicitur qꝛ consumit corpus.vel qꝛ habet cõsumere prauos humores.et dꝛ a bronũ quod est cõsumere. Bares grece est fortis latine.et inde venit baro.is.et dicitur a bares grece quod est fortis latine.

Bucolon est cultura boum bucolica signat
Mittere sit baleron hocqꝫ balista probat

Bucolon in gre.est cultura in latino.et inde bucolic9.ca.cũ.liber virgilii qui docet d cultura boũ.et dꝛ a bus quod est bos et colon quod est cultura.q.cultura boum. Baleron gre.est mittere latine.et inde balista.et dꝛ a baleron qđ est mittere ꝛ basta qꝛ habet mittere bastas et sagittas.vel a balearibus insulis vbi fuit baliste vsus inuentus.

Quod sententia bole sit probat amphibolia
Quodqꝫ fides broge sit comprobat allebroges

Bole in gre.est sentẽtia in la.et inde amphibolia et est dubia sentẽtia.et dꝛ ab amphi quod est dubiũ et bole sentẽtia.q dubia sentẽtia. Broge grece est fides latine.et inde venit allebroges.et dicitur ab alleos quod est alienũ et broge quod ē fides.q. alienus a fide Est eni quidã populus in burgundia qui sic fuerunt dicti ꝙ fidẽ romanis policitaꝫ fregerunt et se a fidelitate eorũ alienauerunt.et declinatur hic et hec allebroges.

Materiamqꝫ baton dicas hiperbaton inde
Basilicon rex est sit basilicus ab hoc

Baton grece est materia latine.et inde hyperbaton.i.figura transcendens materiaꝫ.et dicitur ab epi quod est supra et baton gradus vel materia.q.supra materiã vel gradus vt in alexandro.Gesta ducis musa refer.Basilicõ gre.est rex la.et inde basilicus serpens qui ex ouo galli procreatur.vñ in psal'. Super aspidẽ et basilicũ ambulabis. et interpretat̃ rex serpentum.

Quod bar filius est probat illud bartholomeus
Bus quoqꝫ bos tibi sit inde butalmon erit

Bar gre.est fili9 la.et inde bartholome9.ꝛ dꝛ a bar qđ ē fili9 et ptolomõ qđ est regnũ ꝛ mops quod est aqua.q.filius regis supra aquas regnantis. Bus gre.est bos la. ꝛ inde butalmõ est bos siluestris vel oculus bouis vel flos ad modũ oculi bouis.et dicit̃ a bus quod est bos et talmon oculus.

Constat apud grecos ꝙ littera tertia cyma
Estqꝫ dulce cimen inde cimiterium

Hec est tertia pars huius capituli in qua determinat de noĩbus exortis a grecis incipiẽtibus a cyma quã noster actor p chi siue c.ponit. Et diuiditur lectio in duas partes. In prima ponit nomen littere.in secunda exequitur. Dicit primo ꝙ cyma apud grecos est littera tertia in alphabeto apud latinos.et est idẽ quod c. Hic exequitur dicens ꝙ cimen gre.est dulce la.et inde cimiteriũ.et dicitur a cimen quod est dulce et teron quod est statio vel positio.q.dulcis status vel positio mortuorũ.

Quod sit dora cleos hoc hercules inclita monstrant
Atqꝫ cinon ciniphes comprobat esse canem

Cleos gre.dora la.et inde hercules et inclita.i.nobilis.hercules dicitur ab her quod est est lis et cleos quod est gloria vel dora quasi gloriosus in lite. Cynon gre.est canis la. ꝛ inde habemus cinifes musca canina que mordet vt canis.et dicitur a cynon qđ est canis.

Condolon est nodus hinc condolomaticapassis
Dic chiron esse manum probat anchora vel cirotheca

Condolon gre. est nodus latine. et inde condolomaticapassis. et est morbus existens in manibus. et dicitur a condolon quod est nodus et manus et passis passio. q. morbus q fa cit manus nodosas. Chiron gre. ē manus la. et inde anchora et chiroteca. et dicitur ab an quod est circū et chiron manus. q. circū circa manus. chirotheca dicitur a chiron qđ est ma nus et theca quod est positio. q. repositio manuū.

Quod chile mille sonat hoc chyliarca probat
Per calo signo bonum quia nascitur hinc calodemon
Atqꝫ calo voco sit inde kalendarius
Estqꝫ calo lignum dicitur hinc calatus
Atqꝫ fecem calcon oricalcon comprobat esse

Chile in gre. est mille in latino. et inde chyliarcha est hō habens mille viros sub se et di citur a chyle quod est mille et archos quod est princeps. q. princeps supra mille. Chile enī apud grecos nō est lr̃a sed nota mille significatiua. et q̄uis apud latinos septē tm̄ littere sint numerorū representatiue. s. i. vnius. v quinqꝫ. x. decem. l. quinquaginta. d. quingenta c. centū. et m mille. Apud tamen grecos omnes littere sunt certorūꝫ numerorū expressiue Nouem nanqꝫ prime littere ab alpha vsqꝫ ad iotam inclusiue nouem digitorū. Nouem vero subsecutiue. s. a kapa vsqꝫ ad simam inclusiue nouē articulorū sunt representatiue. Tau vero centū hypsilon mille. fi. decem mille. chi centū mille. psi mille miliū. et omega decem mille miliū. Calo grece est equiuocū ad tria latine. nā significat bonū. significat voco as. et lignū. vnde de calo quod est bonū habemus calodemon hō bonū sciens. et dicit a calo quod est bonum et demon quod interpretatur sciens. q. bonū sciens. De calo qđ est voco habemus hic kalendarius. et dicitur a kalo quod est voco. q: ibi vocātur festa. i. de nominantur. De calo quod est lignū habemus hic calatus. panier gallice. et dicitur a ca lo quod est lignū. q: de ligno fit. s. de vimine. Calcon gre. est fex latine. et inde oricalcon spuma auri. et dicitur a calcon quod est fex et aurū ri. q: dicitur fex auri. sed au dipthōg' mutatur in o breuem.

Quodqꝫ malum cacos hoc cacothesia monstrat

Cacos in gre. malū est in la. et inde cacothesia mala hois dispositio. et dicitur a cacos quod est malū et thesis positio. q. mala homis dispositio.

Vniuersale catha sit catholicus inde
Et catha sit fluxus inde catharus erit
Cathaqꝫ sit iuxta dicas hinc cathamatheum
Catha breuis pariter sit cathologus venit inde

Catha gre. est equocū ad quatuor la. idē est qđ fluxus. idē est qđ vniuersale. idē est qđ iuxta. et idē est qđ breue. De catha quod est vniuersale habemus catholicus. ca. cū. fides catholica. et dicitur a catha quod est vniuersale. q: fides catholica debet esse vl'is. i. cōmu nis omibus. Itē de catha quod est fluxus habem' hic catharus fluxus humorū per nares et dicitur a catha quod est fluxus et rinos naris. q. fluxus humorū per nares. vnde versus Quod fluit a capite dicetur reuma catharus. Quod fluit ad fauces brācus nasumqꝫ co riza. Pulmonis tussis nunq̄ sine febre catharus. De catha quod ē iuxta habemus catha matheū liber cōpositus iuxta matheū. et dr̃ a catha quod est iuxta ⁊ matheus. q. sit cōposi tus iuxta matheum. De catha quod est breue venit cathologus liber in quo inscribuntur sancti et inclita gesta eorum.

Cenon commune sit cenobium iubet esse
Estqꝫ cenon vacuum inde cenothaphium
Estqꝫ cenon nouum exhinc encennia dicas

Est cenon funis indeqȝ cenobates

Cenon gre. est equiuocũ ad quatuor latine. Primo modo idẽ est qđ cõe. secũdo vacuũ tertio nouũ. et quarto funis. De cenon quod est commune habemus cenobiũ conuentus vel locus monachorũ. et dr̃ a cenon quod est cõmune et bios quod est cultura. q2 cõmuniter habitant ibi. Et de cenon quod est vacuũ habemus cenotaphiũ. s. tumulus vel lapis mortuorũ in quo nondũ est mortuus. et dicit᷑ a cenon quod est vacuũ et taphos quod est lapis quasi lapis vacuus. Et de cenon qđ est funis habemus cenobates. et sunt illi q̃ gradiunt᷑ supra cordas. et dicitur a cenon quod est funis et baton quod est gradus. Et de cenon qđ est nouũ habemus encẽniũ. et significat innouationes templi vel ecclesie. et dicitur ab en quod est in et cenon nouũ. q2 tunc innouantur seu dño dedicãtur. Vel encennia sunt illa dona que dantur in principio anni.

Dic creos carnem quod probat arct ocrea
Gratia sit caritos hoc eucaristia signat

Creos grece est caro la. et inde arctocrea est pasta vel panis cũ carne mixta. Et dicitur ab arctos quod est panis et creos quod est caro. caritos gre. est gratia latine. et inde eucaristia. et dicitur esse bona gratia. et dicitur ab eu quod est bonuȝ et caritos gratia. q. bona gratia. s. sacramentũ corporis et sanguinis dñi nostri iesu christi sub speciebȝ panis ⁊ vini.

Sicut cardiacus testatur cardian est cor
Est cronos tempus cronographia probat

Cardian gre. est cor latine. sicut probat cardiacus. et est hõ qui patitur in corde morbuȝ et dicitur a cardian gre. quod est cor latine. Cronos gre. est tempus la. inde habemus cronographia figura seu descriptio tẽporis. et dicitur a cronos quod est tp̃us et graphos scriptura. q. descriptio temporis.

Vtqȝ probat cubicus solidum cubon esse fatetur
Est humor chimos indeqȝ cacochimus

Cubon gre. solidũ est la. et inde dicitur numerꝰ cubicus. i. solidus. Q̃uis arismetici differentiã assignent inter numerũ solidũ et cubicũ et quadratũ. dicunt em̃ numerũ solidũ siue cubicũ qui constat ex tribus numeris. et proinde dicitur solidus siue cubicus. q2 sicut solidũ corpus habet tres dimensiones. s. longũ latũ et profundũ. ita isti numeri solidi habẽt tres numeros. nã consurgũt ex ductu radicis sue bis vel in aliũ ⁊ sic est numerus solidus vel in seipsũ. et sic est cubicus. exemplũ solidi. vt bis tria ter sũt xviii. qui est numerus solidus. Exemplũ cubici vt ter tria ter sũt. xxvii. qui est numerus cubicus. numerus vero quadratus habet tantũ duos numeros. consurgit enĩ ex ductu radicis sue semel in se vl̓ in alium numerũ vt bis duo vel bis tria. vel ter quinqȝ ex quo resultant quindecim qui est nũerus quadratus librorũ presentis operis quod prout superius in argumento tetigi ex nũeris constat quadratis et cubicis. in eo nãqȝ ter quinqȝ sunt libri et ter tria capitula. q̃ quadrati sunt numeri atqȝ cubici. Chimos gre. est humor la. et inde cachochimus malus humor. et dicitur a cacos quod est malũ et chimos quod est humor. q. malus humor.

Est crasim vinum mellicraton venit inde
Naturamqȝ crasim eucraton inde venit

Crasim gre. est vinũ la. et inde venit eucratõ ⁊ mellicraton. vñ mellicratõ ti. dr̃ esse vinũ mellitũ vel dulce. eucraton vero est bona complexio. et dicitur ab eu quod est bonum ⁊ crasim natura. q. bona natura vel complexio.

Estqȝ aurum crisis crisostomus approbat illud
Judiciumqȝ cresis creticus inde venit

Crisis gre. est aurũ la. et inde venit crisostomus. fuit enĩ sic dictus sanctus Iohãnes patriarcha constantinopolitanus. a crisis quod est aurũ et thomos quod est os. q. habens os

aureū. q2 sua verba erant aurea. Cresis gre. est iudiciū la. inde habemus creticus ca cum idem quod iudicium de tempore vel die qua infirmus conualescet. vel morietur. 7 dicit a cresis quod est iudicium.

Est velare calipso quod vult apocalipsis

Calipso gre. est velare la. et inde hec apocalipsis. liber beati iohānis euāgeliste in quo reuelantur celestia christi. et dicitur ab apos quod est re et calipso quod est velare. q. reuelare. q2 ibi fuit reuelatus status ecclesie a christo vsqȝ ad diem iudicii.

Regula sit canon canonicusqȝ probat

Est comos villa solet inde comedia dici

Canon grece est regula latine. e t inde canonicus religiosus qui viuit regulate. et dicit a canon quod est regula et icos custos. q. custos regule. Comos grece est villa latine. et inde hec comedia dic. cantus villicus vel domesticus. et dicitur a comos quod est villa et odos cantus. q. cantus villicus.

Est cosmos mundus cosmicus inde venit

Inclinatio sit clisis etheroclisis inde

Cosmos gre. est mundus latine. et inde cosmicus homo mundanus. Clisis grece est inclinatio latine. et inde habemus etheroclisis varia declinatio nominū. 7 dicitur ab etheron quod est variū et clisis incliuatio quasi varia inclinatio seu declinatio.

At copos incidit sincopa monstrat idem

Est creperon dubium ac inde crepuscula dicas

Copos gre. est incisio la. et inde sincopa figura. et est ablatio littere vel syllabe de medio dictionis. Creperon gre. est dubiū la. et inde crepusculū li. dubiū tp̄s inter noctē et diē et dicitur a creperon quod est dubiū. et lux cis. q. dubia lux.

Estqȝ caput cephas hoc quoqȝ cepa probat

Kyrros est porcus ne dicas kyrre eleyson

Kyrios est dominus vult quoqȝ mercurius

Cephas gre. est caput la. et inde habemus hec cepa pe. et dicitur a cephas quod ē caput q2 tota virtus consistit in capite. vel q2 similis est capiti in rotūditate. kyrros grece ē porcus la. et prohibet ne dicas kyrre eleyson. quod idem ē qđ porce miserere mei. kyrios gre. cū vnica r. est dn̄s la. et inde venit mercurius. et dicitur a merx cis. et kyrios dominus. q. dn̄s mercantū. vnde debemus dicere kyrie eleyson. quod tm̄ valet sicut kyrie. i. domine. 7 eleyson. i. miserere mei.

Est chere salue dic hinc chere cesaranicos

Est elephas ceson cesaris inde venit

Chere gre. est salue la. et inde dicitur chere cesaranicos. et valet tantū sicut salue cesar inuicte. sunt em̄ tres dictiones grece. chere est salue. cesar impator est. anicos. i. inuicte. verba que psitacus auis dicebat impatori. Ceson gre. est elephas la. et inde dicitur cesar a ceson quod est elephas. q2 magnus erat vt elephas. vel dicitur de cedo is. q2 cedebat omia in bello. vel q2 fuit extractus a ventre ceso.

Quod confusio sit chaos hoc omnis tenet vsus

Quod ceron est cornu comprobat egloceron

Chaos gre. est cōfusio latine sicut vult oīs vsus q2 vsus est φ chaos interpretatur confusio. Ceron grece est cornu latine. et inde habemus egloceron tis. signū in celo. 7 dicitur ab egle quod est capra et ceron quod est cornu quasi caper cornutus signum in celo quod appellatur capricornus.

Tu citharam dic esse chelim stacius probat illud
Brachia dic chelim inde perichelides
Est camerim curuum cameram dic inde venire

Chelim gre. est cithara la. hoc probat per staciū poetā nostrū aquitanicū dicentē primo thebaidos. Nūc tēdo chelim satis arma referre aonia. et in achileide idē. Elicit extremo chelim et solātia curas fila mouet. Chelim gre. est brachiū la. ⁊ inde perichelides ornamēta que ponunt in brachiis mulierū. et dicitur a peri quod est circū et chelim brachiū. qꝛ ponitur circa brachia. Camerim gre. est curuū la. et inde venit camera re. domus curua. ⁊ dicitur a camerim quod est curuum.

Quarto delta loco que littera quarta vocatur
Quod dromon est cursus firmat hipodromium

Superius actor determinauit de nominibus exortis a grecis incipientibus a c. in hac parte quarta pñtis capituli determīat de nominibus exortis a grecis incipientibus a d. que est quarta littera et ponit nomē littere et dicit ꝙ delta est quarta littera apud grecos ī alphabeto quā nos appellamus d. Dromon gre. est cursus latine. ⁊ inde venit hipodromiū mi locus vel cāpus vbi currūt equi. vel tormenti nomē in quo refrenantur equi a cursu. et dr̄ ab hipos quod est equus et dromon quod est cursus. q. cursus equorū vel refrenatio.

Est drepan curuum drepannum nascitur inde
Estqꝫ domos planum dicitur inde domus

Drepan gre. ē curuum lati. inde habemus hoc drepannū. et est portus maris curuus et propter hoc appellat drepānū i. curuū. Domos gre. est planū la. et inde dicitur domus a domos quod est planū. qꝛ antiquitus in locis planis domus edificabantur.

Est datum dosis antidotum dic inde venire
Est drias arbor ab hinc dicis amadriades

Dosis gre. est datū la. et inde antidotū remediū datū cōtra venenū: vt tyriaca. et dicit ab anti quod est cōtra et dosis datū. q. cōtra datū. Drias gre. est arbor la. et inde amadriades dea arborū. et dicitur de amo as. et drias arbor. qꝛ amat arbores.

Scribe per y grecum dya et duo significabit
Scribe per i nostrum de tibi significat

Dya scriptū per y grecū quod dicitur hypsilon significat duo la. scriptū vero per i nostruꝫ significat de. inde habemus dyalogus a dya quod est duo et logos sermo. q. liber in quo introducūtur duo. vnus interrogans et alius respondens. Nec a dya quod est duo ⁊ logos sermo deriuatur dialectica. nec a dia quod est de et logos sermo vl' lexis ratio. quia eadem rōe grāmatica ⁊ rhetorica dialectica dicerentur cū sint sermocinales et de ente rōnis. sed dicitur dialectica a dialogo verbo greco qđ latine significat disputo. Sed de dia significante de habemus diapente a dia quod est de et pentha quod est quinqꝫ. q. cōtinēs quinqꝫ notas. diatesseron continens quatuor. et diapason continens octo. sunt he autem species simphoniarum in musica.

Dic decas esse decem designans inde decanum
Dic dodrans poteris significare nouem
Dulos seruire est: et dulia dicitur inde.

Decas gre. est decē la. et inde decanus ni. hō qui est supra decē ī ecclesia, ⁊ dicitur a decas quod est decē. Dodrans gre. est nouē latine. et est nona pars assis. Dulos gre. est seruire la. et inde dulia lie. seruitiū mortalibus exhibitū: et dr̄ a dulos gre. qđ est seruire latīe vnde versus. Dulia cōis hoīqꝫ deoqꝫ paratur. Atqꝫ deo soli latria iure datur. Dulia debetur impendi iure creatis. Huic qui cuncta creat impendi latria debet.

Delon obscurum delius inde venit
Dignaqꝫ sit sententia dicitur hinc paradigma.

Delon gre. est obscurū la. et inde delius lii. quod est phebus. et dicitur a delon quod ē obscurū nō ꝙ sit obscurus sed qꝛ dabat obscura responsa. Digma gre. est sententia la. et idē padigma figura quando iuxta sententiā aliud intelligitur moraliter. vt Exiuit semiator seminare semen suum. per seminatorē intelligimus predicatorem. et dicitur a para quod est iuxta et digma sentētia. quasi iuxta sententiam.

Estqꝫ sciens demon hinc cacodemon habes
Est clarere dian et dicitur inde diana.

Demon grece est sciens latine. et inde cacodemon. et dicitur a cacos quod est malum et demon sciens. quasi homo malū sciens. Dian gre. clarū la. et inde diana ipsa luna. ⁊ dicitur a dian quod est clarū vel claritas.

Est delphos frater dicis adelphus ab hoc
Est dorcos visus nomen comicum venit inde
Estqꝫ didascalon id grece quod doctor apud nos
Inde didascalicus sermo venire potest
Est dictin rete dictinna dicitur inde
Dic duplon esse plicam sicut anadiplosis.

Delphos gre. ē frater la. et inde adelphus frater germanus. vel quidā liber cōpositus de fratribus. vnde Teren. in adelphis. Dorcos gre. visus la. et inde venit nomen comicū seu poetarū comicorū describentiū facta et gesta eorū qui simul viuunt in domo vel villa. vt dorchiū chii. nomē mulieris meretricis. et dicitur a dorchos quod est visus. q. visu amasios cupiens. Didascalon gre. doctor la. et inde deriuaṫ sermo didascalicus. i. doctoralis. in greco tū sophistā habemus pro doctore. vnde versus. Persa magū: scribā iudea: latina magistrū. Lingua dat hebrea rabbi: sed greca sophistā. Dictin grece rete la. et inde dictinna. i. diana dea venationis cuius est retibus curā adhibere. Duplon gre. plica la. et inde anadiplosis vnius verbi reduplicatio. vt hic. Pulcerrimus astur. Astur equo videns.

Ethaqꝫ vocalem dic inter quinqꝫ secundam.
Sanguis emath inde dicis emoroides.

Superius actor determiauit de noībus exortis a grecis incipientibus a quarta littera scꝫ d. hic determinaṫ de noībus exortis a grecis incipientibus a secunda vocali .s. e. que ē quinta littera in alphabeto. et ponit nomen littere. et dicit ꝙ etha est secūda vocalis apd̄ grecos. et idē est ꝙ e. apud latinos que similiter est secūda vocalis/ inde prosequitur et dicit ꝙ emath gre. est sanguis latine. et inde emorois. gtō huius emoroidis vel dos. ⁊ ē mulier que patitur fluxū sanguinis et dicitur ab emath quod est sanguis et roys quod est vē ter vel fluxus. quasi patiens fluxū sanguinis. Emorops etiam accipitur pro serpente qui quos pungit facit sanguinē vndiqꝫ fluere et mori. vnde Lucanus in nono. Impressit dentes emorops aspera tullo.

Euqꝫ bonum signat et ab hoc euangelium dic
Peruersum sit euan: hinc sit euangelium

Quorūdā satis admirari nequeo impitorū inscitiā qui huius occasiōe littere nō periti sunt actori nr̄o tāte litterature viro rabiē imponere vt dicāt eundē euāgeliū pro bona nūciatione per geminū u. sanxisse scribi debere. quasi priscos grāmatice artis magistros per simplex u. semp idipsū nomē scribi precipiētes aut sacre legis veteres non vidisset codices in quibus idipsū vocabulū nusꝙ per geminū u inspector diligens: vidit notatū. Igiṫ et docte ⁊ vere hac in parte magister ondit barū eu et euā dictionū diuersū significatū. atqꝫ ab

bis deriuatū euangeliū sub vna voce plura significās esse equiuocū. Eu nanqꝫ gre. bonū dicit significare. Euā vero vt fidelis sacrilogos ritus detestans paganoꝝ dicit esse vocē leticie quandā peruersā qua in triatericis seu bachanalibus festis in honorē liberi sacrificātes prorūpebant. Alii vero dicūt esse vocē qua ipsū bacchū quasi proprio noīe appellabāt ingenioso. teste poeta Ouidio dicēte. iiii. metamor. Victileus eleusqꝫ parens et iacus et euā. Et que preterea per graias plurima gentes noīa liber habes. Angelus vero nūcius et angeliū nunciū significare palam est. Si eni cōponatur angeliū cum eu. ꝗuis dicendū esset euangeliū. u. ipsius diptongi manente vocali: tamen hoc prohibēte turpi sonoritate u. vocalē mutamus in u consonantē ab e. diuidentes eandē et ipsi angeliū cōiungentes. vt sic euangeliū bonū significans nunciū ex duobus integris. eu videlicet et angeliū compositū per simplex u. et scribamus et proferamus. Si aūt angeliū corruptū seu detruncatū et pro eo sumentes geliū. cū eua proprio noīe bacchi cōponamus idē quantū ad vocē redibit cū priore nomen ipsa verūtamen significatione diuersū. Nam illud ex duobus itegris eu videlꝫ et angeliū cōpositū bonū significat nunciū. Istud vero ex integro et corrupto ex euā. videlꝫ et geliū nephandā significat vocē ꝛ peruersā in festis libri bacchantiū. vnd̄ huius sententiā his versibus duxi breuiter cōplectendā. U quoqꝫ vocalē dat in u variare. sonantē Hec euangeliū dictio rite queas. U sibi nec geminū decet addas sed modo solum. Nunciat angelium denotat euqꝫ bonum.

En notat id quod in est et ab hoc encēnia dicas
En contra tibi sit hinc et elencus erit

En gre. est in latine. et inde venit encēnia. et sunt innouationes templi quando templa sacrantur. et dicitur ab en quod est in et cenon nouū. q꞉ tunc totū innouatur. Alterius en gre. est contra la. et inde venit elēchus (hi. liber elenchorū de sillogismis sophisticis. et dicit ab en quod est cōtra et lexis ratio. q. contra rationem.

Signat epi supra dicas hinc epimerides
Signat epen medium quod monstrat epen thesis ipsa

Epi g. supra la. et inde venit epimerides. et declinaꝛ epimeris. gtō epimeridis vel dos. et sunt signa vel tallie que fiūt in baculo, in tp̄e vindemiarū ab illo qui signat pondera. et dr̄ ab epi quod est supra et memeris diuisio. q꞉ vna est diuisa ab alia. Epen gre. est mediū la. et inde venit epenthesis. et est figura quando interponitur syllaba in dictione: vt indupator pro impator. et dr̄ ab epen qđ ē mediū et thesis positio. q. positio facta ī medio dictōis

Erqꝫ notat litem signat erinis idem
Euon perpetuum et ab illo dicitur euum

Er g. est lis la. et inde erinis dea infernalis. et dr̄ ab er qđ est lis. q꞉ semp est in lite. Euon gre. est ppetuū la. et inde venit hoc euū eui. i. etas. et dr̄ ab euon quod est perpetuū.

Elyos est titan hoc eliades tibi monstrant
Est herne durum hernica saxa probant:

Elyos gre. est titan la. inde habemus eliadis dis. et sunt filie solis. et dicitur ꝗ sol habuit nouem filias que vocantur eliades. et dicitur eliades ab elyos quod est titan. Herne grece est durū la. inde hernicus ca. cū. durus sicut saxum.

Est eleys miserans elegia comprobat illud
Hex quoqꝫ si dicas sex tibi significat

Heleys gre. est miserans la. et inde hec elegia e. et est carmen factū de miseria vel amore quē infinite miserie cōsequuntur. vnde versus. Equore quot conche tot sunt in amore dolores. Hex gre. sex la. nam vbi greci ponunt h. nos ponimus s.

At diuisio sit heresis sit hereticus inde

Est echatos centum dicitur hinc echates
Heresis g. ē diuisio la. ⁊ īde hereticus hō diuisus a fide catholica. et dr̄ ab heresis qđ est di
uisio. q. sit diuisus a fide. Echatos gre. cētū la. ⁊ īde echates dea magorū. et dr̄ ab echatos
quod est centū. q̄ꝛ hēbat potestatē supra centū ciuitates vel spēs vel modos incantandi.

Epta notat septem sit ab hoc epdomada vere
Etheron est varium pantheraqꝫ comprobat illud
Epta gre. septē la. et inde ebdomada pro septimana. et dr̄ ab epta qđ est septē. q̄ꝛ continet
septē dies. Etherō g. variū la. et inde panthera est aīal variis coloribus coloratum. et dr̄
a pan quod est totū et etherō variū. q̄ꝛ totus est variis coloribus coloratus

Est epos octauum monstrat epodon idem
Denotat erge labor ⁊ ab hoc ergascula dicas
Epos g. octauū la. et inde epodō liber Oratii. ⁊ dr̄ ab epos quod est octauū ⁊ oda ode. qua
si octauus vel supra odas. Erge g. labor la. et inde ergasculū. locus laboriosus vbi tenent̄
captiui vel carcer. et dicitur ab erge quod ē labor et stolon missio. vel thesis positio vl' teriō
statio. q. laboriosa positio missio vel statio.

Est egle caper hinc egloga nomen habet
Est hemi verbum de quo potes formare sum
Egle g. est caper la. et inde egloga. sermo caprinus de vili materia. et dicitur ab egle qđ ē
capra et logos sermo. q. sermo caprinus. Hoc verbū sum es est deriuatur ab hoc verbo gre
co hemi mutando h in s. et e in u. i. remota fit sum.

Dimidiumqꝫ sit hemis indeqꝫ fiet hiems
Hermes facundus dic hermeneticus inde
Hemis gre. dimidiū la. et inde hiems. dimidia pars anni. et dicitur ab hemis quod est di
midiū. q̄ꝛ vulgares diuidunt annū in hiemē et estatē. et sic hiems est media pars anni.
Hermes gre. facundus la. et inde hermeneticus. ca. cū. sermo interpretatiuus.

Eos aurora dicis eous ab hoc
Naturam dic ethimos ethimologia monstrat
Eos gre. aurora la. inde eous. i. oriētalis. et dr̄ de eos gre. qđ est aurora la. Ethimos gre.
natura la. inde ethimologia et dicitur ab ethimos quod ē natura et logos sermo. q. de na
tura dictionis seu sermonis absolute.

Morem signat ethos ethica monstrat idem
Ethos gre. est mos la. inde ethicus ca. cū. i. moralis et hoc morale. et hec ethica. scientia
de moribus. et dicitur ab ethos quod est mos et icos scientia

Littera sexta solet apud eoles esse digama
Nanqꝫ in se gama continet ipsa duplex
Superius ac. deter. de noībus exortis a gre. incipientibus ab e. in ista parte sextā cap.
determīat de noībus exortis a gre. incipientibus a digama quā greci fi. et diuiditur in đ.
partes. in prima ponit nomen littere. in secūda exequitur ibi. Ac grece fronesis. in prima
ponit nomen littere. et dicit ꝙ digama. i. fi. est sexta littera in alphabeto apud eoles id est
apud illos grecos et apud nos sil'r. et appellatur digama et reddit rōeȝ. q̄ꝛ cōtinet duo ga
ma. i. duo g. qđ pȝ si quis iūgat caracteres duos game apud grecos redibit caracter seu fi
gura nostri f. et dr̄ digama a dya qđ ē duo ⁊ gama qđ ē g. q. continēs duo g.

Ac grece fronesis prudentia dicitur esse.
Est quoqꝫ spuma frodos inde frodissa venus
Fronesis. g. interp̄taẗ prudētia la. a quo deriuaẗ frunitus ta. tū. i. prudēs. ⁊ īfrunit⁹ a. ū. i.

stultus ta.tũ.ꝛ dr̃ quasi sine fronesi.i.sine prudẽtia vel sine frõte.i.sine verecũdia vel sine frumie.i.discretione.est em̃ frumen pars guttúris discretiua saporis.vel sine fruno galli ce tan.vel sine freno.vnde versus.Infruniti vim si vis per quiqꝫ notabis.Frons fronesis frumen frunoqꝫ freno dabis.Frodos gre.est spuma la.et inde venit frodissa venus q̃ dici tur ex testiculis saturni et ex spuma maris fuisse genita.

Utqꝫ probat fagus sit apud nos edere fagin
Farmacon vnguentum farmacopola probat

Fagin gre.est edere la.et inde venit fagus gi.qꝛ antiquitus solebãt comedere seu ede re fructũ eius.et dr̃ a fagin quod est comedere.Farmacon gre.est vnguentũ la.et inde far macopola.le.venditoꝛ vnguentorũ.et dr̃ a farmacon vnguentũ et copole vendere.

Est quoqꝫ moꝛs feron feralis dicituꝛ inde.
Est flegmon sanguis indeqꝫ fl ebothomus.

Feron g.est moꝛs la.inde dicitur feralis.et dr̃ a feron quod ẽ moꝛs. Flegmon gre.est san guis la.et inde venit flebothomus.gallice lancete.instrumentũ cum quo extrahimus san guinẽ de vena.et dr̃ a flegmon qđ ẽ sanguis et thomos diuisio.qꝛ diuidit sanguinẽ.

Signat abundanter fatin venit inde fatiscoꝛ.
Est faxim facere faxoqꝫ signat idem

Fatin gre.est abundanter la.et inde venit fatiscoꝛ.et dr̃ a fatin quod est abundanter et isco is.quasi abundanter iscere.i.aperiri. Faxim grece est facere la. et inde faxo verbũ de fectiuum in numeris et personis et temporibus.et est idem quod facio is. vnde pruden. Faxo ego sub pedibus stipularũ more teratur.inualida ista manus.

Sicut fermentum probat est coꝛruptio fermen
Est flegeton ardens hinc quoqꝫ fos caput est.

Fermẽ g.coꝛruptio la.ĩde dꝛ fermentũ.ꝛ dr̃ a fermẽ qđ est coꝛruptio.qꝛ pastã coꝛrũpit.Fos gre.est ardẽs la.ꝛ inde flegetõ.fluuiũ inferni ardens. ꝛ dr̃ a fos qđ est ardoꝛ vel caloꝛ

SIcut apud grecos et apud nos gama digama.
A tergo sequitur:quintaqꝫ muta tamen.

Superius ac.deter.de noĩbus exoꝛtis a grecis incipiẽtibus ab f. in hac septima parte de incipiẽtibus a g.quã gre.vocãt gama.et diuidit in duas partes. in prima ponit nomẽ lr̃e.in secũda exequitur ibi gama. In prima dicit ꝙ sicut apud gre.g.ponitur post digama id est post f in alphabeto etiam apud nos.et est quinta muta apud nos.

Gamaqꝫ significat mulierem pergama monstrant.
Ge terram signat geometria probat.

Gama gre.est mulier latine.et inde venit pergamus.mi.pluraliter hec pergama me nia troiana.et dicitur a pir quod est ignis et gama mulier.qꝛ per ignẽ et mulierẽ fuerũt cõbusta. Ge gre. est terra la.et inde venit geometria.scia de mensuratione terre. et dici tur a ge quod est terra.et metros mensura.q.scientia de mensuratione terre.

Estqꝫ geron sacrum gerologodium venit inde
Ductio sit gogos hinc isagoga venit.

Geron gre.est sacrũ la.et inde venit gerologodion.vnguentũ valẽs ad clarificandũ vocẽ Et dr̃ a geron quod est sacrũ et logos sermo et dian clarũ.q.valẽs ad vocẽ clarificandum Gogos gre.est ductio la.et inde venit isagoga ge.liber introductoꝛius.i. liber poꝛphirii.ꝛ dicitur ab isis quod est intro et gogos ductio.q.introductio.

Est genesis soboles hoc geneologia monstrat
Estqꝫ geneth mulier indeqꝫ geneteum.

Genesis gre. ē soboles la. et inde venit geneologia. sermo factus de gnatiōe. et dr̄ a genesis qd ē soboles vel pgenies et logos sermo. q. sermo factus de gnatōe vel pgenie. Geneth gre. est mulier la. z ide venit geneteū. locus subterrane⁹ vbi hitant mulieres ad laborādū. z dr̄ a geneth qd ē mulier et thesis positio. q2 ibi ponebant mulieres ad laborandū.

Sitqꝫ graton fortis vel bellicus inde gradiuus
Glossaqꝫ sit lingua quod sinaglossa probat

Gratō g. ē fortis vel bellicosus la. z inde d2 gradiuus ui. i. mars deus belli. z iō dr̄ a gratō qd ē fortis. q. deus fortis. Glossa g. ē ligua la: et inde venit cinaglossa se. ligua canina vel herba ad modū lingue canis. z dr̄ a cinos qd ē canis z glossa lingua. q. ligua canina.

Est dulcedo glicos sit glicerium tibi testis
Est scriptura graphos ortographia probat

Glicos gre. ē dulcedo la. et inde venit gliceriū nomen mulieris meretricis. et dicitur a glicos quod est dulcedo. q2 mulier mulcet virū vel hoiem vel est dulcis homini. Graphos g. est scriptura la. et inde venit orthographia scientia docens recte scribere. et dicitur ab orthos quod est rectū et graphos scriptura.

Grammaqꝫ littera sit dicas tetragrāmaton inde
Apparens geta sit quod probat artigeta

Grāma g. ē lr̄a la. z ide veit tetragrāmatō nomē dei. z ꝯstat ex quatuor lr̄is. z dr̄ a tetras qd ē quatuor z grāma lr̄a. q2 cōtinet quatuor lr̄as. p̄ria ē ioth. scd̄a vau. tertia he. quarta ē ioth. Est aūt tetragrāmatō nomē dei ineffabile nō qn bn̄ q̄at noiari. sed q2 significatiōeꝫ eius hō plene nō vꝫ explanare. Getha g. est apparēs la. et inde venit artigeta sophista. z dr̄ de ars tis. et getha qd est apparēs. q. apparens in arte et non existens.

Estqꝫ garos liquor erit obsomogarus inde
Est pictura gliphos hinc anagliphus erit

Garos g. ē liquor la. z inde venit obsomogarus ri. offa piguis. z dr̄ de obsomo qd ē panis et garos liquor. q. panis in liquore tinctus. s. in brodio pingui. Gliphos gre. est pictura la. et inde habemus anagliphus pictura alta in templo vel in ecclesia. et dr̄ ab ana quod est sursū et gliphos pictura. q. alta pictura vel sculptura.

Estqꝫ decem gentos dicas hinc esse viginti
Vt penthecoste coste valebit idem.

Gētos gre. est decē la. inde hēmus viginti. sed b mutatur in u. q2 b apud grecos sonuꝫ u. hꝫ retinere. et dr̄ a bis et gētos quod est decem. q2 cōtinet bis decē. Coste grece est decem sicut gentos. inde pentecostes festū. et dr̄ a penta quod est quinqꝫ et coste decē. q2 cōtinet qnquies decem. qm̄ qnquaginta dies sunt a festo pasche vsqꝫ pentecostem.

Tertia vocalis sit iota: sit hinc iotacismus
Ileqꝫ primeua sit tibi materia.

Superius ac. deter. de noibus exortis a grecis incipiētibus a g. in hac pte octaua deter. de noibus exortis a gre. incipiētibus ab i. et ponit nomen lr̄e et. d. ꝙ iota est idē ꝙ i. et est tertia lr̄a vocalis apud gre. et dicit ꝙ de iota gre. hēmus iotacismus. et ē viciū in pnūciatione huius lr̄e i. qn̄ pnūciat̄ i vocalis p i ꝯsona. vt dr̄ maior pro maior. Ile gre. est p̄ria materia la. siue primordialis materia. et interpretat̄ silua vn̄ processit natura.

Sicut parisius sonat introductio grece
Est isis: ast alibi sit tibi numen isis

Isis gre. est equiuocū ad duo latine. vno mō est introductio. inde parisius. nomē ville. Et dr̄ a pari quod est de et isis introductio. q. villa introductoria. Alio mō isis gre. est numen que alio noie dr̄ io latine nomen cuiusdam dee.

Significat sub hipos hipothetica dicitur inde
Hippos signat equum quod notat hippotamus.

Hipos gre.significat sub la.et inde hipothetica.propositio cõtinẽs duas propositiões cathegoricas.vt si hõ currit hõ mouet̃.et dr̃ ab hipos quod est sub et thesis positio. Ex hipos quod est equus hẽmus hipotamus equus marinus seu monstrũ marinũ ad modũ equi.z dr̃ ab hipos quod est equus et thamos mare.q: multotiẽs exit mare et destruit segetes.

Est et idos forma de quo formatur idea.
Signat et idor aquam dicitur hinc idromel

Idos gre.est forma la.inde habemus idea dee.forma apprehensa in mente. et ista forma vocatur idea.et dr̃ ab idos quod est forma. Idor gre.est aqua la.et inde idromel. aqua mellita mixta cũ melle.et dicitur ab idor quod est aqua et mel lis.q.aqua mellita.

At diuisio sit idus sit ab hoc idiota
Icos imago sit quod probat iconia.

Idus grece est diuisio latine.inde habemus idiota.et dicitur ab idos quod est diuisio et otis auris.quasi diuisus aure. Icos gre.imago la.inde iconia e.imago cuiuslibet rei.et dicitur ab icos quod est imago.

Laudem designat himnos hinc dicitur himnus.
Ischiros est dominus et kyrios est caput eius.

Himnos gre.est laus la.et inde himnus.et est laus dei cũ cantico facta. et dr̃ ab himnos qḋ ẽ laus. Ischiros gre.est dñs fortis la. et dr̃ ab hiscos fortis et kyrios dñs.q.dñs fortis.

Vltimus est hister histeronproteron hinc est.
Nubere signat himen hinc himeneus erit.

Hister gre.est vltimus la.et inde histeronproteron. et dr̃ ab hister quod est vltimus et proteron primũ.q: illud quod est vltimũ ponitur primũ.et ecõuerso. Himen gre.est nubere la.inde himeneus deus nuptiarũ.et dicitur ab himen quod est nubere.

Lapdaqz iuxta nos est littera prima liquescens.
Dic licon esse lupum inde licaon erit.

Superius ac.deter.de noĩbus incipiẽtibus ab i.in ista nona pte determĩat de noĩbus exortis a gre.incipiẽtibus ab l.et diuiditur in duas partes vt supra,et p̃io dicit ꝙ lapda ẽ prima ligua apud nos et similiter apud grecos. Licon gre.est lupus la. inde habemus licaon.et est propriũ nomẽ hoĩs.et fuit rex archadie qui fuit mutatus in lupum. z dicitur a licon grece quod est lupus latine.

Quod laos est populus monstrat vere nicolaus.
Dicqz laos lapidem lathomus inde venit.

Laos gre.est populus la.alio mõ idẽ ẽ qḋ lapis.de laos quod est ppl's hẽmus hic nicolaus et dr̃ a nicos quod est virtus vel victoria et laos ppl's.q: habuit victoriã et virtutẽ in pplo De laos lapis habemus hic lathomus.i.ille qui scindit lapides. et dicitur a laos quod est lapis et thomos diuisio.q: diuidit lapidẽ et scindit.

Est lectos requies allecto dicitur inde.
Atqz litos lapis litontripon dicitur inde.

Lectos gre.est requies la.et inde venit allecto furia infernalis.z est indeclinabile.z dr̃ ab a quod est sine et lectos requies.quasi sine requie. Litos gre.est lapis la.et inde venit litontripon nomen grecũ indeclinabile.et est vnguentũ valens ad frangendũ lapidẽ ĩ vesica.et dicitur a litos quod est lapis et tripon frangere. quasi vnguentum valens ad frangendum lapidem in vesica.

Ast obliuio sit lethes dic inde letargum.
Leueq3 sit lienos inde lienteria.

Lethe gre. est obliuio la. et inde hẽmus letargus gi. morbus inferẽs obliuionẽ. et dr de
lethe quod ẽ obliuio. Lienos gre. est leue la. et in lienteria rie. fluxus vẽtris. z dicit ab ali
enos quod ẽ leue z tero is. q. leuiter terẽs p cõtrariũ. et est morbus quo cibus talis egerit
qualis accipit. versus. Cruda lien simplexq3 diar cũ sanguine dissin.

Est album leucos leucothoeq3 probat.
Est seruire latron hoc idolatria probat

Leucos gre. ẽ albũ la. inde hẽmus hec leucothoe es. z ẽ qdam dea alba que habitat in
portubus maris. z dr a leucos qd ẽ albũ z theos deus. q. dea alba. Latron gre. ẽ seruire la.
inde hẽmus hic et hec idolatra. e. ille vel illa qui vel que seruit idolis. et hec idolatria: ser
uiciũ idolorũ. et dr ab idos quod ẽ imago et latron seruire. q. seruitiũ idolorũ.

Est quoq3 sermo logos logicam dic inde venire
Est ratio lexis barbaralexis ab hoc

Logos gre. est sermo la. et inde hẽmus logica ce. scia de sermone. z dr a logos quod est
sermo. Lexis gre. ẽ ratio la. ide barbaralexis. figura qñ vnũ idioma miscetur alteri. dicta
quasi barbarorũ ratio: vt Mus timet et ẽ couart qñ videt mitouart. Mus timet ire laou
vox consonat est minabou. et dicitur de barbarus.

At lixos aqua sit: lixiuum dicitur inde.
Estq3 labon iactans philobolia probat.

Lixos gre. est aqua la. inde habemus lixiuũ ui. et dr a lixos quod est aqua q2 de aqua z
cinere fit. z inde lixus xa. xũ. res cocta i aqua. Labon g. est iactãs la. inde hẽm9 philobolia
iactãtia amorũ. et dr a philos quod ẽ amor z labon iactãs. q. iactantia amorũ.

Hic textus tus tui. est equiuocū ad duo. vno mō est idē ꝙ illud quod tegit librū videlicꝫ tegimen: vt postes vel quicquid tegit librū. et tūc dicitur de tego is. alio mō est scriptū libri: vt versus vel quod est scriptū. vnde dicimus pulcer textus est iste. et tunc dr̄ de texo is. ꝑ similitudinē. qꝛ sicut textor ordinate procedit in textura. similiter scriptor in scriptura.

Denotat officium scriptor: scribaq̧ magistrum.

Scriptor est nomen officii. sed hic scriba est nomē dignitatis: vt magister in theologia qui noscit scripturā vel sapientes in lege. vñ in euangelio. sup cathedrā moysi sederūt scribe ꝛ pharisei. illi aūt dicebātur scribe qui institutionē in veteri testamēto imponebant vel scribebāt. et dr̄ de scribo is nō ꝙ scribat. sed qꝛ scripturā noscit.

Furari nocte solitus fur dicitur esse.
Estq̧ caput furnum sibi quod designat opacum.
Est latro qui latitat siluis alienaq̧ raptat.

Fur est ille qui de nocte furatur et dr̄ de furnus na nū. quod est opacus ca. cū. sed latro est ille qui latitat in siluis vel in nemoribus vt iugulet aut predetur transeuntes. ꝛ dicitur de latito as qꝛ non audet apparere cōiter. vnde versus. Fur non est latro quia tp̄e rem rapit atro. Claro non atro furatur tp̄e latro. Latro latet luce dignus vterq̧ cruce.

Est discus ludus: discus quoq̧ regia mensa
Discus scutella tibi sit: discus quoq̧ mapa.

Discus ci. est equiuocū ad quatuor. vno mō ē quoddā instrumentū plōbeū rotundū ad ludendū aptū. quod antiquit⁹ ī aere iaciebāt factū ad modū disci. et qui iaciebat alti⁹ victoriā obtinebat. vñ adorato rediit sibi gloria disco. et oratius ī poetria. Ludere qui nescit cāpestribus abstinet armis. Inductus ve pilei disci ve trabi ve quiescit. vñ versus. In disco disco pro disco dogmata disco. Est discus ludus mense caput ator papsis. alio mō idē ē ꝙ mensa regia. vnde in acti. aplorū. Diuersa aīalia apparuerunt petro in disco. i. in mensa regia. alio mō idē est ꝙ scutella. vnde in euan. Da mihi caput io. bap. in disco. alio modo idē est ꝙ mapa. et dicitur semper quasi dans escas.

El deus ebreum timor hoc designat apud nos.
Nanq̧ creatorem iure creata timet.
Sit theos a theoron quod cerno est vel speculari.
Nam deus vt presens cuncta futura videt

El et deus sūt noīa dei. el nomē hebreū quod interpretatur timor. qꝛ cūcta creatorē timēt deus ꝯo nomē gre. ꝛ īterptat̄ cūcta vidēs. ꝛ deriuat̄ a theos the. mutata in de ꝛ o. in u. fit

deus.theos vero dicitur a theoron gre.quod est videre vel speculari la.deus dicitur quasi dans eternam vitam suis per ethimologiam.

Libertate carens colibertus dicitur esse:
De seruo factus liber libertus:ac ille:
Libertinus erit quem libertus generauit.
Est liber dictus libertino patre natus
Liber libertus libertinus colibertus.

Colibertus dicitur quasi carens libertate.hic libertus est ille qui de seruo factus est liber vt ille qui de voluntate dn̄i sui liberatur a solita seruitute. et dicatur quasi liberatus cum prius esset colibertus secundū actorē.et libertinus est filius liberti.q2 de liberto natus est. et hic liber beri est filius libertini.et libertinus dicitur esse filius liberti.

Est aries dictus quia sit mactatus ad aras:
Vel quia grex fortis aries dicatur ab ares.
Et quia sit mutus poterit bene muto vocari.
Veruex nomen habet quia vermen vertice portat.

Aries dr̄ q2 antiquitus solebat sacrificari ad aram.i.ad altare.aliter dr̄ aries q2 est fortior suo grege.et dr̄ ab ares quod ē virtus q2 maioris et fortioris virtutis est/muto dr̄ q̄si mutus.q2 nō loquit̄ q̄m inter alia aialia minorē sonū facit cū interficitur/veruex d2 a verme q2 vermen dr̄ portare in capite q cogit eū luctā exercere cū aliis.et a veruecevenit vbica u. mutata in b.propter identitatē caracterū vite et bethe apud nos et apud grecos.

Nominis huius equus est equo caput:ratioq3.
Dicitur a currus antiquo more trahendi
Quod pede tellurem solet ipse cauare caballus.
Quadrupes a numero dicitur esse pedum
Est sonipes quia dat sonitum pes eius harena.
Inde gradarius est q pede mollis eat
Asturco dextrarius est astur caput eius
Nam prius astur equum dextrandi repetit vsum.
Succussarius est quia ledit succutiendo
Asturco quadrupes:asturco dicitur ales.
Emissarius est extra cursum quasi missus.
Currere non cessat quia prolem gignit equabus.

Equus dr̄ ab equalitate.et ē rō q2 antiqtus trahebāt equi currū z nō ponebātur nisi duo sed eligebātur equales vt vnus nō potuisset aliū ledere z ab ista pprietate equ9 dr̄ ab eq̄litate.vel dr̄ de equo as/hic caball9 dr̄ trib3 rōib3.vno° q2 cauā h3 vngulā. alio° q2 cauat terrā cū pede.alio° q2 castrātur z cauātur ei testiculi castrādo.z his ppuetatib3 d2 cauall9/hic quadrupes dr̄ a nūero pedū.q2 quatuor h3 pedes/hic sonipes dr̄ a sono. q2 facit magnū sonū i terra cū pedibus gradiendo. Gradarius dr̄ a gradior eris.quasi leuiter gradiēs. hic asturco nis.est equus dextrarius.et hoc q2 astur.i.ille populus primo inuenit vsū dextrādi vel astur potest esse nomen pprīū viri qui primus dextrauit equos/asturco est equiuocum vno modo est equus.et dr̄ de astur vt dicit nomen viri vel gētis.vel de asta.q2 cū equo asta frangit̄.alio mō est auis. et dr̄ asturco quasi alias aues sternens. Succussarius dicitur a succutiendo.q2 ledit hoies succutiendo. Emissarius dicatur quasi missus extra cursū suū

quotidie eni currit per prata et per siluas vt prolem generet equabus.

Vir notat etatem vir sexum vir probitatem
Vir quandoqꝫ maris sexus nota vir probitatis
Nunc est etatis nunc nota coniugii.

Hoc nomen vir est equiuocū ad quatuor. vno mō dicitur vir sexu. qꝛ significat masculū. et tunc potest dici ista mulier parit virū. i. masculū. alio modo dr̄ nota vel signū probitatis. alio mō dicitur vir signū etatis. que durat a xl. āno vsqꝫ ad lx. et tali etate debet virere virtutibus. alio modo dicitur vir nota ꝯiugii. qꝛ signt̄ maritū ꝛ mulier potest recte dicere vir meus. i. maritus. et dicitur semꝑ de vireo es. Postea repetit actor et dicit ꝙ vir notat virū in etate. et vir est nomen sexus et nomen probitatis. et vir est in annis qui hꝫ xl. annos.

Est follus forulus instrumentum fabricantis.
Follis quo lapsum suscitat ante focum
Follus quandoqꝫ significat fatuum

Habemus hic follus li. est forulus. s. saccus in quo portantur libri. s. cassidile. qn̄qꝫ tamen ponit̄ pro bursa. vnde in alex. forulosqꝫ capaces. vnde versus. Marsupiū bursa forulus loculusqꝫ crumena. et follus potest esse quicquid est factū sicut bursa. et habemus hic follis. et significat instrumentū fabri in quo instrumento ignis suscitatur. Itē hic follus vt dicit actor aliquando significat fatuū. vnde versificator. Ad longū collū poteris cognoscere follū. Item. Non opus est follo suspendere cybara collo. et cōiter et secundū deriuatorē dicit̄ follus pro fatuo. et pro illo marsupio longo et stricto.

Qui vendit merces mercator dicitur ille
Institor est instat qui pro precio minuendo
Mercator vendit: institor illud emit

Mercator dr̄ ille qui vendit merces et dr̄ a mercibus quas vendit. sed institor ē qui emit merces. et dr̄ de insto as. qꝛ semꝑ instat pro precio minuendo. postea repetit vt patet.

Verborum nebulo: meretricum sit tibi leno
Intentusqꝫ gule parasitus dicitur esse

Nebulo est homo qui narrat verba inhonesta. ꝛ dicitur a nebula. qꝛ sicut nebula cito transit. hic leno is. est ille qui sequitur meretricē. et dr̄ de lenio is. qꝛ verbis et aliis rebus lenit meretrices. parasitus est hō intentus gule. et dicitur a para quod est iuxta et sitos panis. quasi iuxta panē. vel papsidē. i. scutellā. vnde versus. Mensa parata citū remeare facit pasitū. Primas celloni: nebulas mitto nebuloni. Nulla sibi doni sit gratia pro nebuloni. Lene iacet vsus cum burse defecit vsus. Lenonē lena non diligit absqꝫ crumena. Lenā lenoni dat amicā grā doni.

Lumbis parcentes nos dicimus esse palumbos
Quiqꝫ colunt lumbos nos dicimus esse columbos
Isti per mensem coeunt: primiqꝫ per annum

Palūbi appellantur columbi extranei qui morantur in nemoribus et in siluis. qui nō coeunt nisi semel in anno. dicūtur quasi parcentes lumbis. i. renibus. vel dicuntur a pabulis qꝛ inde viuunt. et possumus dicere hic palumbis tertie declinationis pro eisdē. columbi appellantur illi qui coeūt in quolibet mense. vt isti sunt columbi qui nutriūtur in domo vel ī colūbario. et dicuntur columbi quasi colentes lumbos.

Rusticus a rure quoniam rus est sibi cure
Villicus a villa quia res disponit in illa
Dicitur agrestis ab agro sit littera testis

Rusticus appellatur homo ille qui moratur in rure vel in campo. et dicitur quasi rure stans vel quasi cultor ruris. villicus est ille qui moratur in villa siue domo extra ciuitatē que est inclusa vallo. et dicitur villicus quasi ville custos. hic agrestis est ille qui moratur in agro. vt littera .i. litteralis expositio ondit. Itē debemus scire ꝙ rus et ager dr̄nt. nā rus dicitur esse ille locus qui non colitur nec aratur sed in medio eius est ager a quo agrestis vbi moratur ille rusticus qui vocatur agrestis. Item nota lꝫ non sit de principali intento ciuitas appellatur ab vnione vel a cōuentu ciuiū. villa est locus extra ciuitatem menibus clausis siue vallo. vbi est vnica domus. vicus proprie est vbi sunt plures domus. attamen in acquitania accipitur villa pro loco insigni menibus vallato vbi sunt plures domus et burgensium competens numerus.

Sit cato consultus consultor filius eius.
Consultor poscit quod cōsultus bene noscit
Consultor rogitat consultus consilium dat

Consultus est ille qui dat consiliū alicui sicut cato vel aliquis alter sapiens. et dicitur de consulo lis. hic consultor est ille qui petit vel recipit consiliū ab eodē. s. a cōsulto vel sapiente: tamen habemus in alexandro. Consultor procerū seruos cōtemne bilingues. postea repetit idē vt patet in littera.

Liber id est bachus: vel vir sine compede natus.
Ac liber est codex vel raptus ab arbore cortex.
Prima beri faciunt genitiuum: briꝗ secunda.

Liber est equiuocū ad quatuor. vno mō liber liberi substantiuū et secūde decli. pria produ. idē est qd bachus id est vinū. et dicitur isto mō de libero as. qꝛ hoiem liberat a curis. Liber liberi prima produ. est hō sine dn̄o. s. francus sine aliqua seruitute. vnde in alexandro. Libera gens asie. et isto mō adiectiue declinatur. et dicit de libero as. qꝛ liber est seruitute. et pro istis duobus facit liberi in gtō. hic liber libri prima correpta appellat codex .i. liber in quo legitur. et appellatur codex transumptiue. qꝛ antiquitus non habebant pgamenum et accipientes corticē arboris parabāt et ibi scribebant. et inde appellat liber codex. Item liber libri prima corr. appellat cortex arboris. et hoc est qꝛ antiqui faciebant ex inde libros. et scribebant ibi. et dicitur de libero as. qꝛ liberat arborē a lesione.

Pars prior est cortex liber altera tertia suber

Fecerat actor mentionē de noibus corticū. iō hic facit mentionē de situ proprio eorū. et dicit ꝙ hic cortex ē prior pars arboris scꝫ illa prior tunica que cooperit arborē. et dicit a corio qꝛ fit corium eius. hic liber est secundus cortex vel secunda tunica scꝫ scd̄a pellicula. ꝛ dr̄ de libero as. qꝛ liberat arborē a lesionibus. hic suber est tertio loco tunica vltima. ꝛ dicitur de subtus. qꝛ stat subtus aliis.

Equiuoce vinumꝗ latex et limpha vocatur
Est idcirco latex vinum quoniam latet vua:
Limpha latex ideo quoniam terre latet imo

Vinū et limpha vtrūꝗ appellatur latex. et latex equiuoce significat ista duo. qꝛ latex appellatur vinū eo ꝙ latet in vua .i. in racemo. etiā dr̄ vinū quasi vite natū. ꝛ latex dicitur de lateo es. limpha .i. aqua dicit latex qꝛ latet in visceribus terre.

Germanos dices qui sunt ex germine matris
Et patris eiusdem frater nomen generale
Pro consobrino fratrem dicas aliquando

Illi dicūtur germani qui sunt ex eodē patre et ex eadē matre. et dicuntur germani a germine quia ex eodē germine procedūt. frater est nomen generale tam illis qui sunt geniti

ex eodē patre et ex diuersis patribus. isti oēs tales sic geniti possunt dici fratres. quando qꝫ aūt frater accipit pro cōsobrino. et de hoc habemus exemplū in ouidio qñ aiax petebat arma achillis. frater erat fraterna peto. et tñ erāt cōsobrini. et dr̄ frater quasi fere alter.

Dicitur hinc cignus quia cantus congruus eius
Quod totus candet ipse vocatur olor.
Estqꝫ caput primi concignus: olonqꝫ secundi

Cignus est auis. et dicitur a congruitate sui cantus. a cinos gre. quod est congruū latine. n. mutata in g. qꝛ cantus eius est cōgruus. i. cōcordans. et inde dicitur cōcignus na. nū. qđ idē est quod cōgruus a. ū. alio modo appellatur cignus olor ab albedine. qꝛ totus ē albus et dicitur olor ab olon gre. quod est totū la. qꝛ totus sit albus.

Virgulti custos homo dicitur esse viredus
Est veredus equus vectans redam quasi currum

Viredus est ille qui custodit virgultū. et dr̄ quasi virgulti custos. Veredus est ille equus q trahit redam. i. quadrigā. et dicitur de vebo is qꝛ vehit currum.

Non clara matre natus: claroqꝫ parente:
Vt plerisqꝫ placet dicitur esse nothus
Spurius est natus tantum clara genitrice
Alcides primus fuit: enealqꝫ secundus

Nothus est ille qui natus est ex patre nobili et ex matre vili. et dicitur de nota quod ē macula qꝛ fit maculatus. Spurius vocatur ille qui est natus ex matre nobili et ex patre vili. et dr̄ de spuo is. exemplū ponit in littera de quolibet. et primo de alcide qui habuit nobilē patrē scꝫ iouē. et vilē matrē. s. alcmenā. de secūdo habemus exemplū de enea qui habuit anchisē vilem patrem. et nobilem matrem. s. venerem.

A grauitate baro fertur quod monstrat origo
Eius: nam grece bares id quod graue signat.
Ac proceres vere dicas sic a probitate.
Sunt proceres procul a carie virtute cluentes.
Vt plures firmant vireat ꝙ pluribus est vir.
Dicitur vt credo magis a virtute virēdo

Baro appellatur a grauitate et hoc monstrat sua deriuatio. et dicitur baro a bares grece quod est fortis la. vel dr̄ a bari gre. quod est graue la. vel fortis bari g. est aīal la. s. elephas proceres dicitur a probitate. qꝛ probi hoīes dicūtur quasi procul a carie. i. a putredine. vir dicitur de vireo es. et vt plures dicunt. qꝛ debet virere moribus. sed ego credo ꝙ magis dr̄ a virendo virtute. i. quando vir est viret virtute.

Sanguis progenies: sanguis quoqꝫ dicitur humor.
Sit tibi peccatum sanguis: sanguis quoqꝫ vita
Eucariton quoqꝫ sit testanteqꝫ theologia

Sanguis est equiuocum ad quatuor. vno mō idē est qđ humor in corde vt dictū est superiꝰ Alio mō idē ē ꝙ peccatū. vnde psal'. Libera me de sanguinibus. i. de peccatis. alio mō accipitur pro vita. alio modo idē est ꝙ eucaristia. i. bona grā. vel ponit̄ ꝓ sacramēto corporis et sanguinis dñi nostri iesu christi. vnde dicit ipsemet. Qui manducat meā carnē et bibit meū sanguinē. vnde eucaristia dr̄ ab eu quod est bonū et caritos grā. q. bona gratia. versꝰ
Affectus carnis corruptio carnis et omne: Peccatū crimen homicide stirps cruor et vis:
Talia in fallor signantur noīe sanguis.

Capitulum ix.

Ad corpus nixus:sed spectat ad intima nisus:
Nam quamuis animo corpore nitor ego.

Nixus pertinet ad corpus.est em̄ conatus corporis.nisus pertinet ad aīam.scʒ quando conatur aliquid facere aīo.et vtrunqʒ dicitur de nitor niteris.

Dicitur hinc titan quia nos illuminat:ac sol.
Quod solus luceat super omnia sidera celi
Et quia res omnes exterminat hinc sit apollo.
Quodqʒ foco plenus sit phebus dicitur inde.
Aut etiam phebus ꝙ sit nouus esse probatur.

Hic titan est nomen grecū et interpretatur illumināſ q: nos illuminat.Hic sol appellat̄ q: solus super oīa celi lucet sidera.q: nec sidera celi nec luna habent lucē: nisi illā quā hn̄t a sole.et sol appellatur alio modo apollo et interpretatur exterminans. q: oīa termiat id est ponit extra naturā q: quod est durū facit molle et de molli facit durū. et de re viridi facit maturam vt pʒ in frugibus quotidie.et de re viridi facit siccā.vt pʒ in ligno.alio modo sol appellat̄ phebus a calore.q: videtur esse plen⁹ foco qn̄ est circa meridiē.et dicitur a fos gre.quod est ignis la.vel calor.alio modo dicitur phebus a pheon quod est nouū: vel q: dicebatur antiquitus ꝙ qualibet die vastabatur sol:et die qualibet renouabatur.

Dicitur hinc hircus quoniam virtute potens sit.
Sit caper ex vsu tibi sitqʒ domesticus iste.
Hircus enim quasi vir caprarum dicitur esse.
Capreolus vero siluestris dicitur esse.

Hircus dicitur vno mō q: potens est valde quoniā est fortius aīal totius gregis sui. Uel hircus dicitur a virtute.q: viret inter capras.vel hircus dicitur quasi vir caprarū.i.marit⁹ secundū actorē istū.hirquus vero per q.sunt anguli oculorū in quibus apparet homi luxuria.et ab illis putant aliqui hircū deriuari.dicitur aūt caper pra.ex vsu aliquorū. et dicitur de capio is q: est domesticus.nā dimittit se capere per cornua secundū glosatores vel dicitur de carpo is.psi.q: semper carpit ardua et ex alto vult comedere.hic capreolus est hirc⁹ siluester.et dicitur esse diminutiuum de caper. et est capreolus animal siluestre ascendēs per montes et colles.

Sed signa mundum maiorem per macrocosmum.
Esse minor mundus confirmatur microcosmus.

Microcosmus est minor mundus.s.hō. et macrocosmus est maior mundus cōpositus ex quatuor elemētis.s.igne.aere.aqua:et terra:et celis.et dicitur macrocosmus a macros qđ est magnū et cosmos mundus quasi magnus mundus.sed microcosmus dicitur a micros quod est minor et cosmos mundus.q.minor mundus propter multas similitudines quas habet hō cū mūdo.nā cōstat hoīem esse ex quatuor elementis ⁊ ex quatuor humoribus.s. colera que ignē representat.sanguine aerem.fleuma aquā.melancolia terrā.isti eni quatuor humores qui sunt in hoīe secundū magis et minus representāt suis qualitatibʒ quatuor elemēta in hoīe.Colera em̄ est calida et sicca sicut ignis.sanguis est calidus et humidus sicut aer.fleuma est humidus et frigidus sicut aqua.melancolia est frigida et sicca sicut terra.Itē aliā similitudinē hʒ hō cū mūdo maiori. q: sicut mundus maior diuersitate tporū variat̄ scʒ vere quod est calidū et humidū.et estate q̄ est calida et sicca.autumno q ē frigidus et siccus.et hieme frigida et humida.iuxta illos versus. Estas sicca calens autūnus siccus et algens. Friget et humet hiems calidū ver cōstat et humet.Sic hō scđm quatuor etates scʒ secundū adolescentiā que est calida et humida sicut ver.et iuuentutē que ē calida et sicca sicut estas.et virilitatē que est sicca et frigida sicut autūnus. et senectutem

que est frigida et humida sicut hiems. Parũ autẽ quatuor principaliũ etatũ hoĩs prima scʒ adolescẽtia durat vsqʒ ad vicesimũ primũ annũ. scda scʒ iuuẽtus durat vsqʒ ad quadragesimũ annũ. tertia scʒ virilitas vsqʒ ad lx. et senectus vsqʒ ad lxxx. Preterea sicut maior mundus patitur diluuiũ ante incendiũ. sic aliquando homo per supabundantiã humorũ aliquando per calorẽ interiorẽ dissoluitur. Preterea sicut in mũdo est duplex motus. s. superior qui est circularis cõtinuus et inuariabilis ab oriente in occidentẽ. alius est planetarũ errantiũ ab occidente in orientẽ: sic in hoĩe est duplex motus scilʒ rõnis ab oriente ĩ occidentẽ qui rursus reuertitur in orientẽ. et alius sensualitatis ab occidente in orientẽ et rursus reuertitur in occidentem. Quatuor aũt partibus mundi quatuor elemẽtis quatuor ventis. et quatuor anni tẽporibus cõparantur quatuor etates hoĩs et quatuor eius cõplexiones. nam orienti aeri euro et veri comparatur adolescentia ⁊ complexio sanguinea meridionali vel igni austro et estati cõparanť iuuentus et cõplexio colerica. septẽtrionali parti terre boree et autũno cõparatur virilitas et cõplexio melãcolica. parti vero occidentali aque zephiro et hiemi cõparantur senectus et cõplexio fleumatica.

Alterius violans vxorem fertur adulter.
Ac mechus faciẽs incestum cum meretrice.
Signat adulterium fornicor et reliquum.

Adulter est ille qui violat cõiugiũm vel thorũ alienũ. et dr̃ quasi ad alienũ thorũ tendens vel quasi alienũ vterũ terens. vel dr̃ de adulteror aris. mechus chi est secutor meretricũ. et dr̃ de mechor is. fornicator est nomẽ generale supradictis. et dicitur de fornicor aris. scdʒ vero theologos luxurie species septẽ distinguũtur. s. fornicatio. stuprũ. sacrilegiũ. adulteriũ incestus raptus. et peccatũ cõtra naturã. qr oĩe luxurie peccatũ fit / vel secundũ naturam vel cõtra naturã. si primũ / vel volũtarie / vel cõtra volũtatem alterius. et sic est raptus. vl' voluntate accedente vtriusqʒ / vel cũ extranea / vel cũ sanguinea. si secũdũ: sic est incestus. Si primũ: hoc est dupliciter / aut cũ libera / aut cũ alteri subdita. si primũ: sic est fornicatio. si secundũ: hoc est dupliciter / aut parẽtibus: ⁊ sic est stuprum quod est virginis defloratio. si subdita sponso / aut spũali: et sic est sacrilegiũ. aut corporali: et sic est adulteriũ. si fiat ꝯtra naturam sic sunt tres species. s. mollicies. sodomia. et bestialitas.

Dicitur a uentura canendo vaticinator.
A perpendendo garritus alitis augur.
Aruspex aut ariolus dicatur ab ara.

Vaticinator est ille qui precanit. i. predicit ventura seu futura. et dicit̃ de vaticinor aris quod est diuinare. hic et hec augur. est ille q̃ in garritu auiũ perpendit futura et intelligit et dicitur de auis et garrio is. quod est cantare. qr in garritu auiũ predicit futura et intelligit. aruspex et ariolus idẽ significant. qr antiquitus intrabant iuxta aram et faciebant sacrificiũ ibi. et in illo sacrificio cognoscebant futura iuxta idola. et dicitur aruspex de ara et specio quod non est in vsu. et similiter ariolus dicitur de ara are. qr iuxta aram faciebãt huiusmodi aruspiciũ.

Finis consumens et consũmatio finis.
Est proprium finis quandoqʒ est actio finis.

Finis est equiuocum ad plura. vno mõ idẽ est ꝙ cõsumens. i. destruẽs vt finis rei. i. destructio rei. et tunc dicitur de finio is. qđ idẽ est ꝙ destruo is. et inde cõsumens. i. destruẽs. alio mõ idẽ est ꝙ cõsũmatio. i. perfectio alicuius rei. vnde ouidius. finis adest operi. et dicit̃ de cõsũmo as. et inde cõsummatio. i. perfectio / alio modo finis est nomen ꝓpriũ. itẽ finis est actio siue operatio secundũ ꝙ dicunt phi pariter et theologi. ꝙ finis vite hũane siue beatitudo cõsistit in actione summe potentie.

Sit ianus quadrifrons ob tempora quatuor anni

adolescentia
iuuentus
virilitas
senectus
adulter
mechus
fornicator
septem species luxurie
vaticinator
augur
aruspex
ariolus
finis
beatitudo consistit

Capitulum ix.

Sitqꝫ bifrons propter occasum solis et ortum
Matutine pater seu iane libentius audis
Jane biceps anni tacite labentis origo

Hic ianus iani. hic quadrifrons: et hic bifrons significant idem quia illū mēsē scꝫ ianuariū: tñ differunt. nā hic ianus dicitur qꝛ est ianua anni. i. principiū/ quadrifons appellatur quia habet respicere quatuor tempora de quibus dictū fuit pauloante. ⁊ dicitur de quatuor et frons quasi habens quatuor frontes. i. quatuor tēpora. Bifrons potest appellari qꝛ habet duas facies et vnā qua respicit annū preteritū ⁊ aliū annū sequentem. Alio modo quia respicit occasuꝫ solis qui in illo tempore solet occidere ꝓpter propinquum solstitium necnon eiusdē ortū qm̄ eodē tpe se solet ad altiores gradus erigere. et hoc probat per ver. ouidii. in li. fastorū matutine pater. et hoc fuit captū a quadā imagine que erat rome que habebat duas facies. et antiquitus ianus fingebat̃ esse deus habens duas facies.

Dicas textoris radium. radium quoqꝫ solis
Atqꝫ rote radius tibi sit non inuenio plus.

Radius est equiuocū ad tria. pmo mō est instrumentū textorū qđ alio nomīe dr̃ nauicula. alio mō est radius solis. alio mō est radius rote. et hoc per sil'itudinē. qꝛ sicut radii solis radiant per totū mundū ita illi baculi exeūt de medio rote ad oras ipsius circūquaqꝫ.

Erubet eous aurora: pallet ethous
Feruet pirous: se mergit aquis philogeus

Nos habemus eous substantiuū. et potest declinari adiectiue eous a. um. et ethous pirous et philogeus. et sunt sinonima. qꝛ significāt solis equos. sol em̄ fingitur quatuor habere equos secundū quatuor proprietates quas habet. primus equus appellatur eous et interpretatur oriens. qꝛ de mane cū oritur apparet esse rubeus. Ethous est in tertia ⁊ interpretatur pallens. qꝛ in tertia sol est pallidus. Pirous est tertius equus solis ⁊ dicitur a pir quod est ignis. qꝛ in meridie sol est calidus ad modū ignis. Philogeus est quartus equus scꝫ in nocte qñ inclinat̃ ad terrā. et dicitur a philos quod est amor et ge terra. q. amās terram. sed secundū veritatē sol nō hꝫ equos sed fingitur habere secundū quatuor proprietates quas hꝫ de mane. nā est rubeus in aurora. in tertia pallidus. in meridie calidus. in nocte intrat terram.

Sit tibi successus euentus prosperitatis
Euentumqꝫ malum proprie dicas fore casum
Lapsus est euentus inflexio sit tibi casus
Et quicquid dicas a cado sume caput

Successus est bonus euentus: vt apud catonem. Successus dignos noli tu ferre moleste. hoc est: noli tristari successus. i. prosperos euētus īdignis seu male meritis euēnire. et dicit̃ de succedo is. si. casus dicitur esse malus euentus. i. mala fortuna. Lapsus. Hic resumit de casu dicens ꝙ casus est equiuocū ad tria. primo casus idē est ꝙ lapsus factus ī terra ab aliquo cadente violenter/ alio mō est euētus malus. s. illud quod euenit a fortūa vel a casu/ alio mō ē inflexio. i. declinatio casualis. et quocūqꝫ mō accipit̃ dicit̃ de cado is.

Est polipus naris: oscedo dicitur oris
Sitqꝫ pedum pedor est fetor totidem tibi rerum
Spirantisqꝫ bene sit odor nidorqꝫ coquine
Polipus est piscis: polipus fedatio naris
Pes caput huic/ illi dic caput esse porum

Polipus est fetor proueniens ex naribus. et dicitur a polis quod est pluralitas et porus ve

na.q̄ꝛ ꝓuenit ex pluralitate vene vel pori. Oscedo dicit̃ fetor oris. et dr̃ de os oris.et cado is.eo ꝙ cadit ab ore. Pedor est fetor pedũ.et dicitur de pes ꝛ odor.quasi pedũ odor. Odor oris.est odor cuiuslibet rei olentis.et dicitur de odoro as. Nidor nidoris est odor coquine q̄ ꝓuenit ex carnibus ibi coctis.et dicitur de nideo es.quod est redoleo es. Polipus est equi uocũ.nã polipus prima longa est quidam piscis qui habet plures pedes.polip⁹ prima bre uis est fedatio naris.et dicitur a polis quod ē pluralitas et porus q̄d est foramen in carne per quod exit sudor sic dicit actor.sed deriuator dicit aliter;videlicet ꝙ polipus pro pisce be ne deriuatur sicut dictũ ē a pluralitate pedũ.sed polipus secũdo mõ ꝓprie est fetor vrbis que prouenit ex aliquibus rebus imundis que proiiciũtur in strata seu via.et dicitur a po lis quod est vrbs et pus putredo.q.putredo vrbis.ꝛ trausumitur ad fetorē naris.q̄ꝛ sicut fe tor vrbis nõ potest sustineri:ita nec fetor naris.

Fornix est arcus:fornixq̄ʒ domus meretricis
Ac vtriq̄ʒ caput dicitur esse foris

Fornix est equiuocũ ad plura.nã vno mõ idē est ꝙ arcus.i.testudo seu volta ecclesiarũ vel pontis supra quã edificia ponũtur et edificantur:ille arcus potest dici fornix. alio mõ est domus meretricis.et tunc dicitur de foris.q̄ꝛ antiquitus solebãt morari foris: ita habetur per actorem. Deriuator dicit aliter ꝙ fornix appellatur proprie.q̄ꝛ cõi loco fieri antiquit⁹ et in locis extrinsecis.i.extra ciuitatē vel villã.et tunc dicitur de fornax.q̄ꝛ fiebat de tegul̃ fornacis.i.coctis in fornacibus.versus. Quid meruere pati qui sunt in fornace nati. Aut puer est totus sacro baptismate lotus: Aut non est munda sacri baptismatis vnda. Nõ est legalis cõiunctio presbyteralis. Non est legalis nec in vsu copula talis.

Est testudo balistaq̄ʒ semicirculus iris
Dicitur et sepe curuatio littoris arcus

Arcus est equiuocũ ad plura.vno mõ est testudo siue volta. et est idē q̄d balista. vnde arc⁹ potest esse balista vel ecõuerso.et dicitur a balin quod est iacere.q̄ꝛ vtrunq̄ʒ tã arcus ꝙ bali sta potest iacere iacula et sagittas. Arcus similiter est semicirculus vt si circulus scindatur per mediũ vtraq̄ʒ pars semicirculi potest arcus appellari.similiter arcus potest dici arcus celestis vt iris.vnde in geñ.ponã arcũ meũ in nubibus celi.i.irim.similiter arcus potest di ci illa curuatio quã facit aqua in ripis vel per littora.

Articulus color est:breue membrum.dictio greca
Articulus numerus per denos multiplicatus
Momentum articulus:pressuraq̄ʒ dicitur esse

Articulus est equiuocũ ad plura.vno mõ est quidã color rhetoricus qui distinguitur cõtra membrũ. Membrũ enĩ est idē quod colon:articulus vero est coma vel incisum: vt si dicat̃ voce vultu acrimonia me terruisti. alio mõ est breue membrũ.s.digitus pedis. alio mõ est vna pars orationis apud grecos quã nos non habemus in latino tñ habemns eius eq̄pol lentias.i.dictiones ordinales:vt hic et hec ꝛ hoc. alio mõ est quidã numerus in algorismo sc̄ʒ per denos multiplicatus vt denarius vigenarius trigenarius et sic de aliis alio mõ ē breue spaciũ tp̄oris.i.momentũ. alio mõ est angustialis pressura.et dicitur de arceo es.

Est manuum pollex sed dicatur pedis allux
Est manuum digitus articulusq̄ʒ pedum

Ponit differentiã inter pollex allux digitus et articulus.nã pollex appellat̃ grossior vel maior digitus manus et fortior.et dicitur de polleo es.q̄ꝛ pollet in fortitudine. Allux est grossior articulus in pede.et dicitur ab a quod est sine et lux cis.q.sine luce. vl̃ quasi extra lucē. Digitus pertinet ad manus.et dicit̃ de digero is.q.digesti.i.diuisi.q̄ꝛ vnus ab alio ē diuisus.sed articulus ꝓprie hʒ esse in pede.et dicitur de arceo es. vel potest esse illud cum quo mulieres signant panem ad clibanũ vt cognoscant eum.

Vnius est doctor sit multorumq̄ʒ magister

Capitulum ix.

A doceo primum dic a maiore secundum:

Doctor est vnius.et est nomen officii.Sed magister pluriũ est nomen dignitatis a maiore et sterio status quasi maior status.Magister em̃ secundũ cõem vsum dicit̃ a sciẽtiis cõtemplatiuis.et doctor in sciẽtiis practicus.vnũ tamen pro alio.vñ versus. Pro maiore statũ nomen taxare magistri.Si doceat doctor quilibet esse potest.

Quod toti sit par:factum quoq̃ totius instar
Hoc dicas obolum:sed semicirculus est as.
Nũmi dic assem partem dic ponderis assem
Esse genus semis medium proprie tenet assis

Actor ponit differentiã inter obolus et as assis. Obolus em̃ est rotundus vt denarius totam formam denarii continens.sed as assis appellatur medietas denarii.vt si denarius diuidatur in duas partes quelibet pars potest esse as assis. Obolus dicitur ab ob quod ẽ contra et olon totũ quasi cõtra totũ vel par toti in rotunditate.vel in litteris.q2 quot sunt littere in denario tot sunt in obolo.Itẽ as assis plura significat/vno mõ est medietas denarii vt dictũ est/alio mõ est genus ponderis xii. vnciarũ quod dicitur libra, inde cõpouit̃ semis huius semissis quod est dimidiũ as.pondus sex vncias cõprehendens. Preter aũt hos modos as accipitur pro pũcto decii.vñ versus.As obolus punctus decii. tibi sit quoq̃ pondus/et pro vtroq̃ significato est primitiuũ.et q2 dicimus assem esse pondus .xii.vnciarũ.videndũ est de partibus ipsis.xii.assis.vnde xii.pars assis dicit̃ plena vncia.Si vero ab asse dematur vna vncia.tũc dicitur ille pondus deuns/si autẽ due vncie remoueant̃: tunc ipse due vncie dicuntur sexcuns.id est sexta pars assis.et remanens dicitur decuns.id ẽ x. vncie/si aũt ab asse eripiant̃ tres vncie.ille tres vocantur quadrans.quasi quarta ps assis et reliquũ vocatur dodrans.i.nouẽ vncie/si aũt ab asse eripiantur quatuor vncie tunc ipse quatuor remote sunt triens.i.tertia pars assis. residuũ vero sc3 ipse octo vncie bisse vocãtur et est nomen indeclinabile/si vero ab asse eripiantur v.vncie ipse v. erepte quincũs appellantur.residuũ vero sepcuns noiatur/si vero sex eripiãtur vncie: tunc vtraq̃ ps semis semissis appellatur quasi dimidia pars assis.vnde sic ordinantur ptes assis siue libre. Uncia/sexcuns/quadrans/triens/quincũs/semis/sepcuns/bisse/dodrans/decuns/deuns/et as plenus.Uncia continet decẽ dragmas.dragma tres siliquas siue scrupulos.et siliqua sex obolos/vnde versus.Assis bissena pars dicitur vncia plena.Assis tollatur psvna deunsq̃ vocatur.Tolle duas sexcuns.et erit pars altera decuns. Quatuor ablatis ps est bñ si numeratis.Illa triens bisse quod restat credo fuisse.Tollatur quincuns ps altera sit tibi sepcuns.Semis semissis mediã partẽ tenet assis.Uncia vel sexcuns quadransq̃ triens quoq̃ quincuns.Semis vel sepcuns bisse dodrãs quoq̃ decũs.Siue deuns hec sunt quibus insuper addimus assẽ.Sex obolos siliqua siliquas tres dragma s3 octo.Uncia fert dragmas duodena dat vncia libram.Qualiter autẽ diuidatur libra siue as apđ phisicos siue medicos dicemus infra.ca.xii.de mixtis sup illo textu.Dragma notat pondus.

Dic proceres procul a carie virtute cluentes
Quiq̃ petunt cubitus a procor esse procos.

Proceres dicunt̃ hoies valentes et virtuosi.q.lucẽtes virtutibus.vnde pceres.q.procul a carie.i. vilitate.q2 sicut procus appetit vilitatẽ.ita pceres appetũt bonã famã gloriã et honorem.Procus est ille qui importune cõcubitũ petit.et dicit̃ de porcor ris.quod idem est q̃ peto petis.

Artifices artis dicas:opifex operis sit
Ast opifex opis est si caput extat opis.

Artifex est ille qui facit artẽ quãcunq̃.et dicitur quasi faciẽs artẽ. Opifex potest presiderari secundũ duas cõpositiones quas h3.nam vno mõ cõponitur de opus et facio is.7 tũc

significat hoīem facientē opus vnū.vel cōponitur de opis opē ab ope.et facio facis.ꝛ tūc significat hoiem facientē opem.s.qui dat cōsiliū vel opē alicui.

Pannorum scissor tibi sit:vitisqꝫ putator
Vulneris inscissor sicut doctus docet actor

Scissor et putator dr̄ñt.qꝛ scissor est ille qui scindit pānos.s.sartor. et dicitur de scindo dis. Putator dr̄ esse scissor vitis.de puto as:quod est putare vineas.sꝫ inscissor ē cyrugicus sciens vulnera.et dicitur de incido is.quod est intus scindere.qꝛ intus vulnera scindit.

Est petrus dictus simon quia simplicitate
Floruit:at petrus ꝙ ratus ipse fuit
Hoc nomen cephas fertur caput esse latine
Dicitur et cephas ꝙ caput ecclesie.

Petrus potest appellari his noibus.nā dr̄ simō.q.simplex.qꝛ fuit simplex: appellat etiā petrus.qꝛ fuit firmus in fide sicut petra.vn̄ di.sibi de⁹.Tu es pe.et su.hāc pe.edi.ec.meā Potest etiā appellari cephas.nā cephas g.est caput la.qꝛ ipe fuit caput ecclesie.

Intestinorum pars est renunculus:ac sunt
Renes luxurie sedes necnon alimentum

Renūculus et ren renis.signi.idē.tn̄ dr̄ñt.nā renūcul⁹ ē qdā ps intestinorū hois ꝛ ē dimi. de ren is.Renes appellātur sedes luxurie in hoie.et dicitur de ruo is.vmbilic⁹ ē sedes luxurie i muliere.vn̄ vers⁹.Plus in rene maris fugiēda ven⁹ dn̄ari Te sed in vmbilico mulierū sistere dico.Dra man⁹ renes nisi castigādo refrenes: Inferni miseris associat⁹ eris:

Ennos significat habitare:caprumqꝫ profundum
Ennosigeus et ennoycus probat atqꝫ gehenna

Ennos ē dictio greca et sig.tria.vno mō ē idē ꝙ hitare/alio mō ē capra vel hirc⁹/alio mō ē ꝓfundū.ꝙ aūt ista tria significet oñdit ac.p exēpla scꝫ per ennosigeus ennoycus et gehēna.Ennosigeus est hitator sigei ꝓmontorii.ennoycus ē custos caprarū.et dr̄ ab ennos qd̄ est capra et icos custos.q.custos caprarū/gehēna dr̄ terra ꝓfūda.s.infernus. et dicitur a ge quod est terra et ennos ꝓfundū.q.terra profunda.vel locus prope hierusalē qui a caldeis fuit repletus iudeorū cadaueribus.vnde ꝓpter maximū fetorē inde exalātē fuit illud nomen translatū ad significandū infernū.

Mango caballorum sit:porcorumqꝫ subulcus
Mulio mulorum:dux ennoycusqꝫ caprarum
Namcaper est ennos:ouium sit opilio pastor.
Est asinorum pastor agaso:boumqꝫ bubulcus.

Ista noia idē significant.s.pastorē.tamen dr̄ñt.nam mango est pastor caballorū. et dicit de manus et ago is.quasi manu agens.i.regens caballos. Subulcus dicitur esse custos seu pastor suum.et dicitur de sus suis.et icos custos quasi custos suum. Agaso est pastor asinorū. dicitur de ago is.et asinus ni.quasi regens asinos.Bubulcus est pastor boum.et dr̄ quasi boum custos.Mulio est custos mulorū.et dicit de mulus li. Ennoycus est custos caprarū.et dicitur ab ennos quod est caper et icos custos.quasi custos caprarū. Opilio est custos ouiū.et dicitur quasi ouilio de ouis.

Ille quaternio sit qui supra quatuor extat
Quiqꝫ decem presit ille decurio sit
Ac simplex miles decurio sepe vocatur
Hicqꝫ gregarius est de grege dictus ita

Capitulum ix.

Uniusq3 viri princeps monarcha vocatur
Monarchamq3 voces qui sibi cuncta tenet
Qui quartam partem regni tenet ille tetrarcha.
At dominus supra quatuor est id idem
At qui triginta sub se tenet ille tribunus
Quiq3 tributa legit ille tribunus erit
Quinquaginta regens penthacontarcha vocatur
Pentarcham dices qui sibi quinq3 tenet
Ast ecatontarcha seu vis centurio centum
Possidet: ac mille dux chiliarcha tenet
Ecclesie pater et princeps patriarcha vocatur
Nanq3 pater patrum dicitur ille pater

Habemus hic quaternio is. hic deurio. hic gregarius. hic monarcha. hic tetrarcha. ⁊ sic d̄ aliis q̄ sequūtur in lr̄a vt videbit̄ d̄rām assignando. et ista noīa idē signt̄. s. officiū. sed d̄rīt. Nā quaternio ē ille qui est dn̄s sup quatuor milites vel hoīes. et dr̄ de quattuor. q2 supra quatuor hoīes vel supra quartā partē regni ē dn̄s. Decurio est ille qui est dn̄s supra decē hoīes. et dr̄ de decē vel decas gre. qd̄ ē decē la. alio mō pōt appellari simplex miles q̄ est de curia alicuius dn̄i. et dr̄ de curia e. q2 ē vnus de curia. Gregarius dr̄ de grege. q2 sit de grege seu cōi pplo sūptus. quales accepit bone memorie karolus rex francie septim9 eosq3 nominari franços architenentes precepit. Monarcha est princeps toti9 mūdi. et dr̄ a monos quod est vnū et archos princeps. q2 princeps vnius vel vnicus mundi. Tetrarcha est equiuocū ad duo. vno mō ē ille q tenet quartā partē in aliquo regno/ alio mō est ille qui est supra quatuor hoīes. et dr̄ de tetras qd̄ est quatuor et archos princeps. q. princeps supra quatuor. vel quartā partē regni tenens. Tribunus est equocū ad duo. vno mō est ille qui est dn̄s supra triginta. vel supra tribū. Alio mō est ille qui colligit tributa. et tunc dr̄ de tribuo tribuis. nō q2 ipse tribuat: sed q2 sibi tributa tribuunt̄. Pentacōtarcha est ille qui est dn̄s supra quinquaginta hoīes. et dicitur a pentacon qd̄ est quinquaginta et archos princeps. q. princeps supra quinquaginta quinq̄es decē. Et pentarcha est ille qui est dn̄s supra quiq3 hoīes. et dicitur a penta quod est quinq3 et archos quod est princeps q. pr̄iceps supra qnq3 hoīes. Ecatontarcha vel centurio quod idē est: est ille qui est dn̄s supra centū hoīes. et dicitur ab ecaton quod est centū et archos princeps. q. princeps centū hoīm. Cēturio est idem dicitur de centū. Ciliarcha est ille qui est dn̄s supra mille hoīes. et dicit̄ a cille qd̄ est mille et archos princeps q. supra mille princeps. Patriarcha est ille qui in ecclesia sub se habet vnū vel plures archiepiscopos. qui alio nomīe dicitur primas. et dicitur de pater ⁊ archos princeps. q princeps patrum.

Obliquum visum gestans homo strabo vocatur
Dicatur luscus qui videt id quod parum

Strabo et luscus signt̄ hoīez habentē visū male dispositū. sed d̄rīt. nā strabo ē ille q̄ h3 visū tortuosū. s. qui respicit in obliquū. et dr̄. q. stratū hn̄s visū. Luscus ē ille q̄ h3 oculos. s3 tn̄ parū videt. et dr̄. q. luce carēs. vel potest dici de lucus ci. q2 h3 obscurū visū ad modū luci.

Incantatores serpentum dicimus esse
Dicq3 magos inquisitores astronomie
Ac cuiusq3 rei fore dicas apparitores

Incantator est ille qui sola violentia carminis homīes aut serpentes aut alia animalia

Magi apparitor magus

interficit vel aliter imutat. Magi sunt homines qui in stellis euẽtus hominũ cognoscũt dicti magi a magnitudine scientie. Apparitor est qui de palea videtur facere serpentẽ. et tamen non facit. iste comprendit vtrunqȝ. s. incantatorẽ et magũ. et dicitur ꝙ magus alio modo est nomen dignitatis. vt magi ab oriente venerunt.

Bos est camporum: bubalus est nemorum
Bubalus est magnus: buculus est minimus

bos bubalus buculus

Actor ponit drãm inter bos bubalus et buculus. nã bos dicitˀ esse camporũ. i. domesticus qui arat in campis. Bubalus est magnus bos siluestris qui moratur in nemoribus. et dr̃ de bus gre. quod est bos latine. Buculus est diminutiuũ de bos. qꝛ ẽ minimus bos

Lar proprium nomen genitiuus sit tibi lartis
Lar domus est numen subsequiturqȝ laris

lar tis lar ris

Actor ponit drãm inter lar tis. et lar laris. nã lar lartis est propriũ nomẽ. sed lar laris tria significat. s. domũ deũ ꝛ foramẽ. vnde sub lare priuato totius esse putant. quandoqȝ ponitur pro numine qd̓ preest igni. i. dicitur ignis. Di tibi dent nullosqȝ lares inopẽqȝ senectã Et longas hiemes continuamqȝ sitim.

Est deus eternus: nostro de corpore diuus
Scribe dii lege di si vis vrbanus haberi

diuus deus

Nos habemus diuus ui. et deus dei. et sunt sino. tamen differũt. nã deus dicitur esse eternus sine principio et sine fine. et dicitur a theoron quod est videre. Hic diuus et pluraliter hi diui appellantur illi qui de nostro corpore. i. de nostra natura suis exigentibus meritis in celis sunt collocati et angelorũ conciues effecti. Preterea actor ponit notabile. s. circa hoc nomen deus. qꝛ declinatˀ in plurali. s. plˀr hi dei vel dii. qꝛ circa eius scripturam possumus errare. id̓ docet nos quõ debemus scribere et pronũciare. et dicit ꝙ nos debemus scribere dii cũ duobus ii. et vnũ tñ debemus pronũciare legendo.

Singraphus est scriptum quo confirmatio pacti
Prorsus certa manet vendentis res et ementis
Hinc et chyrographus manualis carta vocatur
Exemplum scripti dicitur antigraphus

singraphus chyrographus antigraphus

Actor ponit drãm inter singraphus chyrographus ꝛ antigraphus. Nã singraphus est carta vel instrumentũ cũ quo res ementis vel vendentis manet certa. istam antiquitus tam ementes ꝙ vendentes scribebant simul in signũ maioris firmitatis. et dicitur a sin quod est con et graphos scriptura. Chyrographus potest appellari carta debiti vel cuiuslibȝ rei. et dr̃ a chiros quod est manus et graphos scriptura. q. carta vel scriptura manualis. Antigraphus est exemplar. i. nota illa ex qua extrahimus aliã cartã ad eius similitudinẽ. et dr̃ ab anti quod est contra et graphos scriptura. q. contra scriptum.

Calculus est ratio: numerus sententia carbo
Calculus est pondus: minimus lapis: ensis acutus
Libro papie si vis exempla require

Calculus

Calculus ẽ equiuocũ ad plura. vno mõ idẽ ẽ ꝙ rõ. vt iste bȝ bonũ calculũ. i. bonã rõeȝ. alio est numerus siue cõputatio dicta a calculis lapidibus minimis cũ quibus solebãt antiqui cõputare. vn de in lege dr̃. si erratũ fuerit redeundũ est ad calculũ. i. ad numerũ. alio mõ ẽ snĩa. vnde in aler. Nõ tñ id ꝓhibet rõis calculus. i. snĩa. alio mõ est carbo. vnde ysaie. vi. et volauit ad me vnus de seraphin et in manu eiˀ calculus quẽ forcipe tulerat de altari. alio modo est pondus vt ibi. vincenti dabo mãna et calculũ candidũ. i. illud pondus. alio mõ ẽ lapis minimus. vnde in aler. in gurgite ludit calculus. alio mõ est ensis acutus.

Est stipes radix: truncum dic arboris hastam.

Dicitur et sepe stirps radix arboris esse

Stipes et trūcus drīt. nā stipes est radix arboris. et dr̄ de sto as. Trūcus ē lōgitudo. i. asta arboris. et dr̄ de trudo is. Stirps ponit̄ ꝓ radice. Stirps est equocū ad pl'a. q̄z ponitur q̄nq̄ ꝓ ꝓgenie. vn̄ Stirps bona plātauit stirpē qui vina creauit. ⁊ tūc ē f.g. et dr̄ de sto as. Item habemus hic stips pro obolo. vn̄ versus. Stips pis est obolus: stix gis atra palus.

Mucro pedem: medium gladius: totum tenet ensis.
Mulcet hic: ille secat: diuidit ille gulam.

Mucro gladius et ensis drīt. nā mucro est circa pedē vel mucro appellat̄ sūmitas ensis scꝫ cuspis. et dr̄ a macrō qđ ē longū. vel de mulceo es. vt dicit ac. per ꝯtrariū. q̄z nō mulcet vel. q. mulcēs cruorē. Gladius ē medietas ensis. i. illa pars in qua scindit ensis vocat̄ gladi⁹. et dr̄ a gula vel. q. gulā diuidēs ꝑ ethimo. vel a clade. q. cladius. g. mutata in c. ꝓpter similitudinē vtrorū caracterū. ensis significat totū. s. mucronē et gladiū. et dr̄ de scindo is

Orator sit discipulus: rhetorq̄z magister
A rhesis rhetor dicatur: et alter ab oro.

Actor ponit drām inter orator et rhetor. q̄z orator est discipulus qui addiscit rhetoricā i. illā sciam. et dr̄ de oro as. q̄z discit orare. Hic rhetor est ille qui docet illā sciam rhetoricā. s. doctor in illa scientia. et dr̄ de aresis gre. quod est ornatus la.

Aera dic nostrum sed dicas ethera sursum
Unum sepe tamen sumitur vt reliquum

Ponit drām inter aer et ether. et dicit ꝙ aer est elementū illud in quo viuimus et qđ aspiramus et respiramus. et dr̄ ab a quod est sine et er lis. q. sine lite per cōtrariū. q̄z in aere fiunt lites fulgurū et tonitruū et ventorū. vel q̄z aer sine lite facile cedit impellēti. Sꝫ ether est superior pars regionis elementaris que est in cōcauo orbis lunaris. Et nota ꝙ aer et ether et quedā alia vt crather et lampas faciūt actōs in em et in a. vt etherē vel ethera. et inde descendit aliud nomen fe. ge. et prime decli. vt hec ethera re. et ponitur pro celo. ⁊ sic illud nomen in hymno. Quem terra pontus ethera.

Dicatur fluuius currens extra mare dulcis
Sed proprie fluctus dicitur vnda maris

Actor ponit drām inter fluuius et fluctus. et dicit ꝙ fluuius ē aqua dulcis. vt garona plenus siue satyrus. et alii fluuii qui currunt extra mare. et dr̄ de fluo is. Fluctus ē vnda maris. et dr̄ de fluo. q̄z fluere hꝫ. vel de fluctuo as. q̄z etiā hꝫ fluctuare.

Est satyrus faunus tamen et diuersificatur
Camporum faunos dic nemorum satyros

Satyrus et faunus sign̄t deos: tamen drīt. nā satyrus est deus nemorū. q̄z in nemoribus stat. et dr̄ a saturitate. sūt em̄ demones qui corpibus assūptis cū mulieribus coeūt qui proinde q̄z saturari nequeāt libidine. dicti sūt satyri. q. saturi a quibus dicta ē satureia herba alio noīe dicta tymbra ꝓ eo ꝙ comesta veneris ignē succendat teste macro. Hinc est a satyris merito satureia vocata. ꝙ sint in venerē nimis hec aīalia prona. habemus etiā satyrus ꝓ fluuio quodā licie. de cuius origine loquitur ouid. in vi. metamor. Est et alius fluuius noīe satyrus nuncupatus qui huiusce menia vndis abluit pictauensis vrbis. de quo in primo lucani. Quiq̄z tenet ripas satyri. dictus ab aquarū saturitate. q̄z plenis semper tumescit alueis. et ꝓinde antiquo mutato vocabulo quē prius satyrū nūc plenuꝫ dici incole cōsueuerūt. verūtn̄ illā flumis huius ptē ripe qua de parte incipit fluui⁹ ipe ꝑfata menia ꝑfūdere veteri sibi de fluuii noīe cōstat nomē tenuisse. nec aquas pictaui dulces exvectāt aliūde nisi quas satyri de fōte dulcissīo ꝯstiterit exhausisse. Fauni vo dicūtur a fādo vl' a phon qđ ē son⁹ i respōsis erāt garruli ⁊ loquaces. sūt em̄ dii caporū q. s. in cāpis apparebāt

Hospes qui recipit hospesq̄z receptus habetur.

Et sit qui nutrit et qui nutritur alumnus.

Hospes est equiuocũ ad duo. nã hospes est ille vel illa qui recipit. vel ille vel illa qui receptus est in hospicio. et dr̃ ꝓ illo qui recipit aliũ quasi hospiciũ parans et pro illo qui recipitur quasi hospiciũ petens. Alũnus est equiuocũ similiter. nã potest esse ille qui alit aliuz vel qui alitur. et dr̃ de alo is alui altũ vel alitũ.

Carmina qui fingit aut metra poeta vocatur
Dicatur vates si quicq̄ vaticinatur
Sitq̃z propheta tibi quisquis diuina profatur

Ponit drãm inter poeta vates: et ꝓpheta. nã poeta est ille qui fingit carmĩa vel versus: vt oui. et dr̃ de poio is. qḋ est fingo is. i. cõpono is. vñ poeta valet tm̃ vt cõpositor vel factor. sz vates dr̃ a vi mẽtis. qr. s. hz spm ꝓpheticũ quo remota a sẽsu p̄dicit. Sed ꝓpheta dr̃. q. procul fans ea. s. que p̄dicit que sũt ꝓcul a nobis scḋz cursũ p̄ñtis cognitiõis. Vates tñ acceptũ ꝓ poeta dr̃ a vincio cis. quod est ligo gas. qr carmina sua ligant.

Dicas naucleru̅m qui sorte regit sibi nauem
Indeq̃z nauta regit nauem non sorte sed arte

Ponit differentiã inter naucleru̅s et nauta. qr naucleru̅s ē ille qui regit nãuē sorte vl' hereditate sicut burgensis vel aliquis alter. et dr̃ de nauis et cleros qḋ ē sors. quasi habens nauē ĩ sorte. i. ĩ hereditate. vel qr ad lucrũ illi⁹ cui⁹ ē vadit nauis. Nauta ē ille q regit nauē nõ sorte sed arte. s. q nõ hz aliud nisi ꝓpriũ corpus ĩ naue. sz ꝯductus ē ad nauigandũ. ꝛ dr̃ de nauis vel. q. nauē tenẽs. et nauis dr̃ a naps. g. qḋ ē hũor la. qr semꝑ ē in humore.

Vt vere dicas tibi sit dormitio somnus
Somni pigricies dicitur esse sopor

Somnus ē dormitio cõtinuata per totã noctē seu dormitio ꝑfecta. Sopor ē illa pigricies q̄ venit ante somnũ. s. qñ aliquis dormitat. et dr̃ sopor de sopio pui. pitũ. tu.

Consensus hominum mos est: ritusq̃z vocatur
Quod iuxta solitum sit tibi quisq̃z ratus

Mos moris ē generalis cõsuetudo que ꝓuenit ex cõsensu pluriũ in ciuitate vel castrõ. et nõ scribitur sed seruat̃ ex cõsuetudine. et dicit̃ de morior ris. vel de mora re. qr per moram tp̄is habet̃. Ritus est specialis mos vel cõsuetudo hoĩs particularis. s. et hmõi. vt aliqui ieiunãt bis in septimana. et dicitur de ratus ta. tum.

Presul pre aliis dicatur episcopus esse
Ac presul princeps dicitur ante solum

Presul est equiuocũ ad duo. vno mõ est ep̄s. et dr de pre et salius salii. q. pre aliis vel a pre ꝛ solũ quod est solidũ. q. pre aliis solidus in fide. vel a pre et salius lii. qui salii erant sacerdotes martis. q. ante sacerdotes. alio modo presul est princeps. et dicitur a pre quod ē ante ꝛ solũ terra. qr sit pre aliis in terra.

Dicatur catulus minimus canis a cane dictus
A cato dictus catus erit minimus

Catulus li. est equiuocũ ad duo. vno mõ catulus pria corr. est puus canis. et est dimi. de canis. alio mõ ē paruus catus. et tunc est diminu. de catus. et prima produ.

Est talus decius. talus postrema pedis pars
Indeq̃z taxillus dicatur diminutiuum

Talus li. est equiuocũ ad duo. vno mõ est decius. alio mõ est pars pedis posterior. s. talon. vnde de talus habemus taxillus dimi. paruus decius. vel potest esse paruus talus. versus
Ludere cum talis non est res spiritualis.

Lanas et telas pecten parat atq3 capillos.
Pubes et piscis sitq3 chorea tibi
Pecten agit telas sordes trahit os subit aures
Mulcet et est pubes pecten et ordo simul

Pecten is. est equiuocū ad plura. vno mō est instrm̄ dentatū cū quo mulier trahit lanas alio mō est instrm̄ quod ptinet ad telas nauicula textoris que trāsit per telas inter filos. vn̄ oui. Arguto tenues percurrēs pectine telas / alio mō est instrm̄ quod pertinet ad capillos pectinādo. vnde oui. Sepe citeriaco deduxit pectine crines / alio mō est pubes barba inferior. / alio mō idē est qd̄ piscis gallice plaize / alio mō est corea. vn̄ statius. Pectine amazonio qui cōtat ore latonas / alio mō est instrumentū cū quo tāgitur lira. et pro oībus istis dr̄ de pexo. is. postea ponit epilogationem.

Est conus crista galee fructusq3 cypressi

Ista quinqꝫ verba impersonalia s. penitet tedet et alia que ponuntur in littera cõstruunt a parte post cũ actõ casu et cũ gtõ. vt penitet me peccati. Natura primũ. istud potest expõi dupliciter. primo sic ꝙ ista verba cõstruuntur cũ primo casu. s. cũ actõ qui primus est in tali locutõe penitet me. ⁊c. ex vi natureverbi intransitiue. et cũ secũdo. s. cũ gtõ qui secundus ẽ in locutione transitiue. et hoc per priscianũ quidã probare nitũtur orta quadã expositione verborũ ipsius obscurorũ. cuius expressis et dilucidissimis ipse alio in loco assignat cõtrariũ quod absurdũ valde friuolũ reputo et ineptũ. vt. s. adveritatẽ claris cui ipe verbis fert testimoniũ suffocandũ. obscurũ ipsius dictũ non vereantur afferre et ambiguũ. habet enĩ ipse priscianus eam cõstructionem quã personalia retinent ab eisdẽ tracta obseruare impersonalia in hunc modũ sua exponens dicta. iuuat me. qꝛ tuipse iuuas me. sicut enim dico tu iuuas me. venit in dubiũ nulli me vi transitionis actiue ab eo iuuas gubernari. sic nec in hoc loco aliud est tenendũ. dum dico tedet me peccati istam constructionẽ debere ꝑ hoc verbũ antiquũ tedeo resolui dicendo peccatũ tedet me. quia facta resolutione liquet

li-me activa regi transitione. Est enim verbū istud tedet cū ceteris in littera positis activū modale tm̄ significans actum suum per modū transeuntis ad terminū in quē: qui mod⁹ est cōis oībus activis. nec est natura istius verbi specialis. sed quia actus ille idē significat per modum vt qui est alterius: et peccati per modū cuius est ipse actus. ideo genitivus ille peccati regitur ab ipso tedet speciali vi seu natura verbi quam possumus possessionē dicere. seu vi possessoris intitulare. ideo aliter et secundū veritatē sic est expressū actoris dictū exponendū. videlz ꝙ hmōi verba construūtur cū gtō qui primus est in ordine illorū duorū casuū ex vi nature verbi. et cū secundo. s. cū actō qui est secundus in ordine eodē casuū transitive seu vt verius loquamur vi transitiōis active. Unde notandū ꝙ talia verba impsonalia vocis active sub littera tertie persone currūt per oīs modos et tpa adiunctis sibi ꝓnoībus cuiuslibet persone tam singularibus ꝙ̄ pluralib⁹. vt penitet me illius. penitet vos illorū. et penitet illos illorū. et sic de aliis. et in quolibet tempore et modo. Itē nota ꝙ ista quinqz verba supradicta carent preteritis vt dicit priscianus. exceptis tribus. vt penituit. puduit. et piguit.

Pro speculor dicas et pro defendo tueri
Et tuitus primo: tribues tutusqz secundo.
Sepe tamen tuor hoc verbum reperitur in vsu
A quo composita sunt contuor intuor ista.

Tuor eris significat idē ꝙ speculor. et tueor defendo is. tuor aūt significans speculor facit tuitus sū in preterito et tueor significans defendo dis. facit tutus sū in preterito. et ambo faciunt tueri in infinitivo. ita tn̄ ꝙ tueor facit tueri regulariter. sed tuor irregulariter qr deberet facere tui cū sit tertie cōiugationis. et non facit propter coincidētiam. dubitaretur vtrū esset infinitivus vbi vl' esset ꝓnomē. Item de tueor ris habemus tutela tutele. id est defensio vel protectio.

Indulges cum tu condonas: aut operam das
Da casum primo duplicem: solumqz secundo

Indulgeo es. vno mō idē ē qd̄ cōdono as. et sic cōstruit̄ cū dtō et actō. vt cū dr̄ indulgeat tibi peccata tua de⁹. i. cōdonet. alio mō est operā dare. vt iste indulget mihi. i. operā dat. et sic cōstruitur cū dtō solū. vnde cato. Indulgere gule noli. i. operā dare gule.

Devoveo dices de privat et auget ibidem
Augens promittit: ac si privat maledicit.

Devoveo es. vno mō idē est ꝙ ꝓmitto is. vt iste devovet sua deo. i. ꝓmittit. et tunc de sumitur argumentative. vn̄ ovi. soliqz suos tibi devovet annos. i. ꝓmittit. alio mō sign̄. maledico is. et tūc de sumit̄ privative. ovi. de re. Devovet abūdātes simulachraqz cera figit

Promovet exaltat: abigit quoqz promovet inde
Dicitur interdum promotus in acolitum sum.

Promoveo es idē ē ꝙ exalto as. vt iste promovet̄. i. exaltat̄. item idē est ꝙ removeo es. vt promovete ignes. i. abigite vel abiicite vel removete.

Si valet hic moritur: et si valet hic validus fit
Qui valet ille potest defectivumqz salutat
Et quandoqz valet precium dat venditionis
Accipitur valeat pro queat et pereat.

Valeo es idē est ꝙ morior ris. vt iste homo valet. i. moritur. et sic sumptū fuit a vale funebri. quod solet dici laborantibus in extremis. vnde virgi. vale inquit polla. alio mō idē est ꝙ possū. tes. sive habere valorē in se. et qn̄qz accipitur pro queo quis. vt iste homo valet. i.

quit vel potest. et quandoqȝ pro pereo is. vnde oui. et soror ⁊ cõiunx valeãt. i. pereãt. et qñ qȝ notat precium. vt quantum valet ista res. item habemus vale defectiuum quod est verbum salutatorium.

Mereo producas prima pro tristor habetur
Ac mereor breuies primam pro seruio fertur
Mestussum primo: meritussum iunge secundo.
Et quandoqȝ tamen in preterito merui do.
Lucanusqȝ tamen castrorum in plebe merebat.

Mereo es prima ꝓducta et actiue vocis idẽ ẽ ꝙ tristor aris. vnde in theodolo. Occasũ so sue deflebãt opida iupe. Merẽt morte sua leges et nobile pascha. et in catone. noli merere dolẽdo. sed mereor ris. prima cor. est idẽ ꝙ seruio is. vñ Quid meruere pati qui sũt ĩ fornace nati. quis pro isto significato reperiat᷑ ni voce actiua. vnde act᷑. adducit exemplũ lucani. castroꝝ in plebe merebat. i. seruiebat. ⁊ similiter differũt in preterito. qr mereo facit mestussum irregulariter ꝓ merui. et mereo facit meritus sũ regularit᷑. ⁊ qñqȝ merui irreglr.

Si iungas oleo subcrescit et insolitum dat
Ad cremat et crescit: ab delet: re bene spirat
Non redolet sed olet quod redolere solet.

Oleo les. secundũ diuersas compositiones diuersa recipit significata. cõponitur eñ cum sub: vt suboleo es. et est idẽ ꝙ cresco is. et inde dr̄ soboles. et cõponit᷑ cum in: vt inoleo. inoles. et est idem quod consuesco is. vel solitũ dare. et dr̄ frequenter ꝙ ita inoleuit vsus. i. cõsueuit. et componitur cũ ad vt adoleo es. et est idẽ ꝙ cremo as. vel ardere. vl' adolere ẽ idẽ ꝙ cresco is. et inde dicitur adolescens et adultus ta. tum. quandoqȝ componitur cũ ab. vt abdoleo es. et est idem ꝙ deleo deles. vt ignis abdolet domũ. i. delet. ⁊ inde abolitus ta. tũ id est destructus ta. tũ. qñqȝ cõponitur cũ re. vt redoleo les. et est bene spirare vl' bonũ odorẽ emittere. vt pomũ redolet. i. bene spirat. Hic iacet in tumba rosa mundi non rosa munda. Non redolet sed olet quod redolere solet.

Hostibus insideo: pius medicus assidet egro
Subsidet hic caro presidet ille solo
Obsidet hic muro: considet ille loco.
Fragmentum mense tibi dicatur residere
Vnde et residuum nonnunq̃ dicitur esse.

Sedeo secundũ diuersas cõpositiones diuersa habet significata. vnde insideo des. est ponere insidias hostibus. vt iste insidet hostibus. i. parat insidias. Assideo es. idẽ est ꝙ intẽdo dis. vt pius medicus assidet egro. i. intẽdit vel operam dat. subsideo des. idem est ꝙ subuenio is. vt iste subsidet amico. i. subuenit. et inde dr̄ subsidiũ. presideo es. est pre aliis esse. vt prepositus presidet aliis. id est pre aliis est. et inde dicitur presidium. quod debent dare illi qui president aliis. obsideo est facere obsidionẽ circa muros castroꝝ. ꝯsideo es est simul sedere in loco. ⁊ resideo des est residere ĩ loco vel aliq̃d supesse. vñ dr̄ ꝙ fragmentũ residet id ẽ remanet in mensa. et inde dr̄ hoc residuũ ui. frequenter pro fragmento.

Arrides dilecto: derides inimicum
Si dicas recte subridet amator amice.

Rideo secundũ diuersas compositiones diuersas habet significationes. nã arrideo es est hilarem faciẽ ostendere amico vel socio suo. vñ arridet fortuna. derideo des. est subsannare inimicũ. subrideo des. est facie submissa ridere.

Denotat hec torret boluit vertitqȝ crematqȝ

Dic ergo iungas aqua torret id est aqua voluit
Fatum torret id est vertit torret cremat ignis.

Torreo es. vno mō idē est ꝙ voluo is. vt aqua torret. i. voluit. alio mō idē est ꝙ verto is. vt puer torret anserem. i. vertit. alio modo idē est ꝙ cremo as. vt ignis torret. i. cremat. vnde in theodolo. Ethiopum terras iam feruida torruit estas. et in virgilio. Sole nouo dense torrentur ariste. aliquādo est idē ꝙ asso as. vnde ex auca tosta puer hec dabitur tibi costa. Si bene declines hoc verbū torreo torres.

Hec adolet signat crescit cremat et quoqꝫ mactat
Tura adolete focis infans dicatur adultus
Debemus deis vitulos adolere supernis

Adoleo es est equiuocū ad tria. vno mō idē ē ꝙ cresco is. alio modo idē est ꝙ cremo as. vt tus adolet. i. crematur. vnde in theodolo. Tura cremate focis. alio mō idē ē ꝙ macto ctas vt adolete vitulos deo. i. sacrificate. exempla patēt in littera. vnde nota ꝙ non est superfluꝰ actor ꝙuis superius fecerit mentionē de hoc verbo adoleo. quia ibi posuit differētiam inter cōposita. hic vero ponit equiuocationē illius.

Nos reueremur maiores hostesqꝫ veremur
Est vereor timeo revereri dic venerari.

Reuereor is. idē est ꝙ reuerentiā et honorē exhibere maioribūs. vñ epis ⁊ archiepiscopis reuerendis patribus scribimus. sed vereor ris est idē ꝙ timeo es.

Gemma nitet: sidus fulget: candelaqꝫ lucet
Aurum resplendet: victor certamine pollet.

Niteo es pertinet ad gēmā. i. ad lapides preciosos. fulgeo ges pertinet ad sidera. vñ. sidera fulgēt. luceo ces. pertinet ad candelā. resplendeo des. ptinet ad aurū et argentū. vt aurū et argentū resplendent. polleo les. ptinet corporibꝰ. vt iste pollet viribus corporeis

Tunc fleo cum lacrimas emitto lugeo tristem
Insinuans vultu subtristi mereo mente

Fleo fles est proprie lachrimas emittere. lugeo es. est faciem tristem ostendere: sed mereo meres ptinet ad mentem: qñ hō tristatur in mente et non apparet extra.

Hec septem sola tātūmodo neutra secunde
Preteritum faciunt in ui diuisa supina
Nec perdunt: sicut careo pateo valeoqꝫ
Et pariter doleo noceo placeo taceoqꝫ
Nam caritum siue cassum passum valitumqꝫ
Et dolitum nocitum tacitum placitum scio vere
Per pla ca pa do va no potes ista videre

Tantūmodo sunt septē verba neutra secūde cōiugatiōis que faciūt preteritū in ui diuisas et habēt supinū. vt careo res rui ritū vel cassū in supino. pateo tes. tui. passū ssu. valeo les. lui. litū. tu. doleo les. lui. litū. tu. taceo es. noceo es ui. tum. tu. Postea epilogat act. qd dixerat per singulas sillabas in vltimo versu positas.

Hoc verbum sepe placeo neutrum reperitur
Et defectiuum sine persona reperitur.

Quia fecit actor mentionē de hoc verbo placeo resumit vt melius eū declaret. et dicit ꝙ hoc verbū placeo es. est verbū personale neutrū et facit placui citū tu. vt dictū est. et declia

tur ad modū neutrorū regulariter per tp̄a ⁊ p̄sonas ⁊ a p̄te ante in locutōne positū exigit scz ntūm supponere. vt ego placeo. aliqn̄ est verbū defectiuū et impersonale: et declinatur per tertias p̄sonas. vt placet bat. cuit. cuerat. cuebit. construitur cum datiuo a p̄te post: siue sit personale siue non. vt placet mihi.

Penitet hoc verbum dic preteritis fore tantum.
Sed piget et tedet istec duo verba vicissim.
Dic de preteritis presentibus atq; futuris.

Ista verba impsonalia penitet bat. tedet et piget sunt sino. eandē significationē habētia tamen differūt. q; hoc verbū penitet tantūmodo est de preteritis. vt penitet me fecisse hominē dicit dn̄s. vt habetur in geñ. vnde. Penitētia est mala preterita plangere et plangēda non iterū cōmittere. sed piget gebat. et tedet bat. indifferēter possūt dici ista duo verba tam de preteritis q̄ de presentibus. vt piget me facere istud. piget me fecisse istud. similit tedet me facere istud. et tedet me fecisse.

Asperitas squalet quia non est plana sed inde
Feruor apollineus hominum facit ora scatere

Squaleo les. est fieri asperū in facie vel in superficie cutis quod fit qñ aliquis nō hz planā pellē sed scabrosam et asperā p̄pter calorē vel aliud tūc dr̄ squalere. et inde dr̄ squalid9 da. dū. i. scabrosus sa. sū. vñ in trenis ca. primo. virgines eius squalide. sed scateo tes. est. q. bullire. et est idem q̄ feruere quando calor ⁊ feruor apollineus. i. solis in estate facit ora. id est vultus seu facies et manus ampullare.

Nos expectando nos promittendo vouemus
Non sua quisq; vouet domino quoq; nostra vouemus

Voueo es. est equiuocū ad duo. vno mō idē est q̄ opto as. vt iste vouet bona mea. i. optat seu desiderat. vnde dicit ac. q̄ quilibet non vouet sua. i. nō optat bona sua sed magis aliena. alio mō idē est q̄ p̄mitto tis. vt nos vouemus nostra bona dño. i. p̄mittimus.

Multa videntur non ideo tamen illa videntur
Hoc etiam verbum prebere obstacula videndi
Significat: quandoq; tamen discernere visu
Signat. et illud idem quandoq; quod assimulari.
Atq; facultatem designat habere videndi
Sicq; licet somnum capiam non cesso videre

Video es. est equiuocū ad multa. vno mō idē ē q̄ intelligo is. et sic dicimus quotidie ego bene video lectionē istā. i. intelligo. et secundū hoc potest dici q̄ cecus videt. i. intelligit in mente. vnde ouidius. Omia mente videns lumie cecus erat. ideo dicit ac. q̄ multa vidētur oculo mentali. i. intelliguntur que non videntur oculo corporali. et sic potest dici de re absente. vt video petrum in mente q̄uis non sit p̄ns. Item videor ris. est prebere obstaculum vidēdi. et sic parieti pertinet visus non q̄ videat. sed q; videtur ab aliquo. et per hoc fit talis paralogismus. Cuicunq; inest visus illud videt: sed lapidi inest visus. ergo lapis videt Fallatia est per equiuocationē huius dictionis visus vel video. q; video inest oculo tanq̄ instrumento apto videndi. inest lapidi tanq̄ obstaculo passiue ⁊ nō actiue tanq̄ instrumēto. Item video es. est idem q̄ discerno is. vt iste bene videt aurū ab argento. i. discernit. Item qnq; significat idē q̄ assimulor aris. vt iste videtur bonus vel stultus. i. assimulatur bono vel stulto. et de hoc dicit porphirius. videtur aūt neq; genus neq; sp̄es simpliciter dici. Item aliqñ designat p̄tātem videndi. vt iste puer bene videt. q; bonū visū hz et subtilez sic ponitur pro utili visu posito q̄ dormiat dr̄ q̄ bene videt. i. bene hz aptitudinem vidēdi. Et nota q̄ antiquitus video es erat tertie cōiugationis. vnde dicit cato. Hoc vide ne rur

sus. aliter versus esset falsus. Item nota ꝙ tria sunt necessaria visui. s. instrumentũ videndi: vt oculus. et spaciũ p qđ trãsit visus. vt aer illumiatus. et obstaculũ quod videtur.

Horreo cum placeo quamuis ab eis cadat in dus
Nomen: vtrunqꝫ tamen ex se facit esse supinum
Composita a video valeoqꝫ simul superaddas

Omne verbũ secũde cõiugationis faciens ex se nomẽ in dus terminatũ caret supinis. vt caleo les. calidus frigeo ges frigidus. ferueo es feruidus. madeo madidus. et sic de aliis. alia vero que habent supina ab ista regula excipiũtur. vt torreo et placeo a quibus descendunt verbalia termiata in dus. vt de torreo torridus. de placeo placidus. et vtrũqꝫ habet supinũ. vt torreo tostũ. placeo placitũ. et similiter cõposita de video es. et de valeo les. faciunt nomia verbalia in dus. vt inuideo es. inuidus da. dũ. et auidus da. dũ. et de preualeo preualidus da. dum. inualidus da. dũ.

Mulgeo dat mulsi sicut dat mulceo mulsi
Dat mulcere suum sicut mulgere supinum
Quod probo: nam mulsum sibi sumpsit vtrunqꝫ supinum

Mulgeo es et mulceo es. cõueniunt in preteritis et supinis. qꝛ vtrũqꝫ facit mulsi in preterito et mulsum su. in supinis. vt mulgeo ges si. sum: et idẽ ẽ ꝙ extrahere lac de mãma: vel vbere. et mulceo ces. facit mulsi mulsũ. et idẽ est ꝙ lenio nis. vel mitigo gas.

Eiusdem sensus sunt pertinet attinet ista
Qui parce viuit nec abutitur abstinet ille
At si quis quẽquem remoretur detinet ille
At cupidus retinet vel auarus quod dare non vult
Obtinet in causa quicunqꝫ perorat in illa
Quiqꝫ capax in se est alicuius continet ille
At si quis fuerit constans se continet ille
Quiqꝫ aliquid portat portando sustinet ille
Et quandoqꝫ tamen sustineo patior.

Teneo es multas habet compositiones. et secundũ hoc recipit multas significationes. habemus em̃ pertineo es. et attineo es. et habent eundem sensum. significant em̃ pertinentiam. sed abstineo es. est parce viuere et parce cibo et potu vti. et pati abstinentiã. vt iste abstinet bene. id est moderate se regit in cibo et potu. detineo es. est facere moram per totam diem. retineo es. idem est ꝙ reseruare. et pertinet ad auarum vel cupidum qui retinet id quod dare debet. et obtineo es. est idem ꝙ lucrari. vt iste obtinuit in causa. i. lucratus fuit. Contineo es est equiuocum ad duo. vno modo idem est ꝙ aliquid capere vel tenere in se. vt domus continet nos. i. capit vel recipit nos. alio modo idem est ꝙ esse constans et firmꝰ quando aliquis a vicio et ab illicitis se continet et custodit: continens est. vnde dicimꝰ iste homo est continens i. viuit caste. Sustineo es est equiuocum ad duo. vno modo idẽ est ꝙ porto as. vt trabs vel colũna sustinet domum. i. portat. vel est idẽ ꝙ patior teris. vt iste sustinet ictus vel laborem vel frigus. i. patitur.

Caneo canes candeo candes hec duo verba
Preteritum per ui retinent sed nulla supina.

Hec duo verba. s. caneo es. et candeo des faciunt preterita sua in ui diuisas. et carent supinis. Caneo es. solis hoibus pertinet et est capillos capitis albescer. sed candere pertinet omni rei albenti. et vtrũqꝫ est neutrũ. qꝛ significat actũ seu fluxũ per modũ immanentis: et non trãseuntis ad terminũ extrinsecum aut a termino extrinseco.

Lugeo luges luceo luces hec duo verba
Preterito luxi faciunt: sed lugeo luctum
Luceo sit neutrum nec debet habere supinum.

Lugeo es. et luceo conueniunt in preterito. qꝛ vtrunqꝫ facit xi. vt lugeo xi. luceo xi. et lugeo facit luctũ ctu. et luceo est neutrũ et nõ hꝫ supina sicut neutra secũde cõiugatiõis facientia preteritũ in ui diuisas. lugeo es. idẽ est ꝙ flere. et luceo es. idẽ ẽ ꝙ splẽdere. ⁊c. Ex hoc textu possumus elicere vnã veritatẽ. s. omẽ neutrũ esse absolutũ. et omẽ absolutũ esse neutrũ. et si dicatur aliquod neutrũ esse transitiuũ. hoc implicat contradictionẽ.

Ferueo conniueo semotis a veo dic ui
Nam bui vel xi faciunt istec duo verba

Omĩa verba secũde cõiugationis termĩata in ueo faciũt preterita in ui sillabã. vt moueo es. moui. ferueo es ui. paueo es ui/ ab ista regula excipiũtur hec duo verba ferueo qd facit ferbui vel ferui aliqñ. et tũc nõ excipit̃ et idẽ ẽ ꝙ caleo es. et cõniueo es. cõniui vel connixi: et idẽ est ꝙ facere signũ cum oculis. versus. Qui mihi conniuet signũ oculis mihi prebet. Cum caput inclino tunc conquinescere dico.

A si mutet in i maneo per ui bene dices
Si non permutet tunc preteritum facit in si

Composita de maneo es. mutantia a in i in cõpositiõne faciũt preteritũ in ui diuisas sillabas. vt emineo es. eminui. supemineo es. nui. et similia/ sed illa cõposita que nõ mutant a in i. faciunt preteritũ in si qñ retinẽt a. vt permaneo nes. permansi. remaneo remanes remansi. Et hec de verbis secunde coniugationis.

Verto facit cum re deponens verto reuertor
Cum reliquis genus actiuum sibi seruat vbiqꝫ
Auerto remouens curamqꝫ aduerto repẽdens.
In vim passiui notat auertor remoueri
Si sit deponens designat spernere tuncqꝫ
Accusatiuum poscit iungi sibi casum
Hoc animaduertis quod percipitur tibi mente
Ast animaduertis in eum quem verbere punis

Tercii libri quinte partis huius voluminis terciũ hic incipit capitulũ quod in ordine, oim decimũseptimũ locũ sibi vendicauit. In quo postꝙ in precedenti capitulo vidim⁹ de verbis secunde coniugationis. consequenter in hoc de verbis tertie determĩatur. iniciũ qꝫ sumitur ab hoc verbo verto is quod secundũ diuersas compositiones diuersa recipit significata. nã quãdo componitur cũ re dicim⁹ reuertor eris. generis deponẽtis qñtũ ad vo/ tem. quantũ ad modũ est neutrũ. ⁊ ẽ idẽ ꝙ regredi. cũ aliis vero cõpositis ẽ actiui generis Auerto tis. sine d. idẽ est ꝙ remoueo es. vt auerte oculos tuos ne videãt vanitates. i. remoue. sed aduerto is cũ d. est dare curã circa aliquã rẽ. vt aduertatis ad lectionẽ. i. curã ponatis. Item auertor sine d. vim habet passiui significans remoueri. vt iste auertitur a bono proposito. i. remouetur. et quandoqꝫ auertor eris est deponẽs. et tunc idẽ ẽ ꝙ sperno is. et tũc cõstruitur cũ actõ. vt auertor te. i. sperno te. vñ boeti⁹. Heu ꝙ surda miseros auertitur aure. Deinde dicit ꝙ aĩaduerto is est equiuocũ ad duo. vno mõ idẽ ẽ ꝙ existimare aliqd in mẽte. vt in ethica catonis cũ aĩaduerterẽ. i. cũ aĩo meo cogitarẽ vel existimarem. Alio modo idem est ꝙ punio punis.

Qui tegitur mersus sub aquis submergitur ille
Qui sui sum resilit ab aquis emergitat ille.

verto
reuertor
auerto
aduerto
auertor
animaduerto

Summergo gis. est sub aqua stare qñ aliquis ē sub aquis ⁊ nō exit. ille submergit̃. sꝫ emergo is. est resilire vel exire ab aquis qñ aliquis exit ab aquis qui prius tegebat̃ ab aquis. et ponitur in littera emergitat ꝓ emergit frequentatiuū ꝓ primitiuo et non emergit̃. ⁊ sic fideliter inueni scriptū in libris antiquis. quare desipienter ille illorū cōpositor versuum famosorū inconsulte et improuide locutus est. qui actorē nostruꝫ dixit hic male dixisse dū inquit. Grecismus dixit emergitur et male dixit. Emergit qm̄ passiuū nō habet vllum. Si quid eñ in libris antiquis viciosū fortasse fuerit repertū magis id scriptorū esse vicium ꝙ auctorū arbitror iudicandū. sicut in illa parte superius. Pila pes pontis. memini me dixisse nō ibi viciū esse auct. sed verborū transmutationē potius improuidam scriptoris.

Summergo / emergo / in littera / in textu

Si sero subiungas seui de semine dicas
Ac si subiungas serui dic arboris esse

Sero ris est equiuocū ad duo. et ei⁹ equocatio dinoscit̃ ꝑ diuersitatē p̄teriti. vno mō idē ē ꝙ semiare bladū. vñ theo. Postꝙ seuit humi. ⁊ tūc facit seui in p̄terito. alio mō idē ē ꝙ plātare siue iserere arbores. et tūc facit serui. ꝓ. Arboris ē serui: sꝫ ꝑtinet ad sata seui

sero ib

Ad resipiscentem conuersio pertinet apte
Ast euersio vel subuersio perditionem
Denotat: euertit ad scrutamina spectat

Conuerto tis. subuerto tis. et euerto tis. cōueniūt in voce: tñ dr̄ñt. Quia cōuerto is. ꝑtinet ad resipiscentē. i. ad penitentē. vñ dicim⁹ cōuersio sancti pauli. Sed euerto is et subuerto is. ꝑtinent ad perditionē vel ad destructionē. vñ legit̃. Pauci dies restant et subuertet̃ niniue. tñ euerto sign̄. idē ꝙ scrutor aris. vñ in euan. Mulier querēs dragmā quā ꝑdiderat euertit domū. i. scrutata ē. Ponit aūt actor hic nomīa ꝓ verbis causa metri.

conuerto / subuerto / euerto

Digeritur prius in stomacho cibus egeriturqꝫ
Quando extra geritur per secessum liquet inde
Egestum vado: non digestum bene dico.

Digero ris. et egero ris. cōueniūt in voce: differūt tamen. Nā digero idem est ꝙ bene decoquere cibum in stomacho calore naturali. sed egero is idem ē ꝙ emittere cibum digestū et expellere per secessum. i. per posteriora.

digero / egero

Intendas operi: doctrinam intellige docti.
Ecce vides ꝙ dat primum accusatqꝫ secundum.

Ista pars legitur dupliciter. primo sic ꝙ nos habemus intēdo is. et intelligo gis. et sunt sinonima. dr̄ñt tamen. qꝛ intēdo is. est aliquod opus corporale facere cū diligētia et applicatione bone volūtatis et bone intētionis et nō discurrere sed dare operā operi suo. et cōstruit̃ cū datiuo. Sed intelligo est animū et intellectū applicare circa doctrinā et sciam suscipiendā ab aliquo doctore vel sapiente. ita ꝙ intēdere pertinet ad opus manuale. et itelligere ad opus spirituale. Aliter differūt intendo et intelligo. quia intendo cum datiuo cōstruitur. intelligo vero cum accusatiuo.

intendo / intelligo

Designat facio gero: designat quoqꝫ porto
Nanqꝫ gero pondus seuaqꝫ bella gero
Fert patitur dicit fert gerit atqꝫ cupit

Gero geris est equiuocum ad duo. nam vno modo idem est ꝙ facio is. vt iste homo gerit alta negocia. i. facit. et est idē ꝙ porto as: vt iste hō gerit magnū pondus. i. portat. et actor ponit exempla in littera. vt patet cuilibet. Fert patit̃. Dicit ꝙ hoc verbū fero fers est equiuocum ad quatuor. vno modo idē est ꝙ patior eris. vñ cato. Fer patris imperium. id ē patere. vel ibi. Paupertatis onus pacienter ferre. id ē pati. alio modo idē est ꝙ cupio is. Itē fero idē ē ꝙ dico is. et de hoc in hoc libro multa inueniūtur exēpla vt supra fertur in exple

gero / fero

ta iubilus letatio mētis. Itē aliqñ idē ē ꝙ gero is.vel porto as.vnde in catōe. Libēter fer to amorē, Itē.ferre minora volo:ne grauiora ferā.sed ibi ponit̄ ꝓ pati. Similiter in libro de cōtemptu.qui fert tantorum grauitatem.

Et dici rerum proferre dic fore vocum.
Currere me dico:nec profero quod logicus scit

Differētia est inter dicere et ꝓferre.q̄r dicere pertinet ad voces in ordine ad res.vt cū di co sortē currere.nā sortes et cursus sunt res. Proferre vero ꝑtinet ad voces absolute sine cōparatione ad res. Res igit̄ dicūtur.i.ꝑ voces exprimūtur.sed ipse voces ꝓferūtur ita ꝙ res sūt dicibiles ꝑ relationē ad voces quibus exprimūtur que quidē relatio ē pure ens ra/ tionis.q̄r res nō dependēt a vocibus:nec voces a rebus:quarū sūt signa.sed voces ꝓferun tur ab ore.ita ꝙ voces sūt ꝓferibiles relatiōe reali.q̄r voces dependēt a ꝓferente relatiōe ꝓducti a producto que est relatio realis. Qd̄.s.distinctionē hmōi relationū logicus scit.i. bene nouit.nā ipse logicus diuidit ens in prima sui diuisione in ens rōnis quod diffinit esse id quod nō hȝ esse in rerū natura preter rōis operā. Reale vero ꝙ seclusa rōis opera hȝ esse in rerū natura quod diuidit. Itē per ꝯptum et non ꝯptum. ꝯptum vero per infinituȝ seu increatum cuiusmodi est deus.et finitū seu creatū.cuiusmodi ē aliud per se stans. Ali ud inherens.per se stans.aliud incompletū vt materia suscipiēs esse.et forma dans esse. Cōpletū vero substantia primū predicamētū inherēs diuidit in duo predica.q̄r in illud qd̄ sequitur materiā.s.quantitatē.et in illud quod sequitur formā.s.qualitatē. non ꝯptum di uidit per relationē intrinsecꝰ aduenietē que ad aliqd d̄r. Et relatiōeȝ extrīsecꝰ aduenietē que subdiuidit̄ in sex vltima p̄dicamēta que sūt actio passio qñ vbi sitꝰ et hītꝰ. Omia aūt entia p̄ter huiusmōi decē p̄dicamēta.preter deū materiā ⁊ formā sunt entia ratōis.modi aūt intrinseci rerum d̄re et ꝓprietates ꝗuis non sint entia realia ab ipsis entibus realit̄ distincta:tñ sunt in ipsis rebus seclusa quacūqȝ opatione intellectus.et si ens de ipsis non predicetur.hec tamen de ente predicantur denoīatiue. Ens vero reale in quid de deo ma teria et forma ꝗuis predicet̄ non tñ vt genus. cū id om̄e quod reponit̄ sub genere necesse sit ex actu et potētia compositū esse.quod esse dei forme ⁊ materie prime repugnāt q̄ oīno sūt simplicia.materia tñ et forma cōponibilia. deus aūt nūꝗ venit in compositionē: sed ē simplicissimus independēs ens a quo om̄e ens dependet.

Committo sensum portat cuiuslibet horum
Coniungo pecco credo facio reprehendo

Committo tis plura significat.vno mō idē ē ꝙ iungo is.alio mō idē est ꝙ pecco as. vndē theod̄. Sentit adhuc proles quod cōmisere parētes.i.peccauere.alio mō idē ē ꝙ credo seu trado.vt hoc est tue fidei creditū.i.cōmissū.alio mō idē ē ꝙ facio is.vnd̄.dū cōmitteret bel lū dracho cū serpente vel angelus cū drachone.aliquando reprehendo is.

Liberat est redimit redimit conducere dices
Est redimit soluit vt per mea dicta patebit
Captiuum dominus redimit quia liberat ipsum
Promissum redimit qui verax est quasi soluit
Iudex conductus vt lex docet esto redemptus

Redimo is.est equiuocū ad tria.nā aliqñ idē ē ꝙ libero as. vt deus redemit nos a morte et a potestate diaboli.i.liberauit.et ē idē ꝙ soluo is. vt iste hō redimit pignus suum.i. sol uit.alio mō idē ē ꝙ cōduco is.vt iste cliens vel seruus est bene redemptus.i.conductus.vñ possumus dicere ego redemi istū clientē vel istā domū. et actor declarat totum per exēpla in littera.et cōponit̄ de re et emo is.sed interponitur d.causa euphonie.

Impetit aduersans:acquirens appetit et qui
Suppetit hic idem ferre notatur opem.

Suppetit hoc prodesse mihi dicas cū quid abūdat
Suppetit illud idem competit vtilis est

Impeto tis. suppeto is. appeto is. et cōpeto is sūt cōposita de peto is. tn̄ dr̄nt. nam impeto ē idē ꝙ aduersor aris. vt iste semp ipetit me. i. aduersat mihi. appeto is. ē idē ꝙ acquiro is vn̄ in catone legit qd appetit vsus. i. requirit. Suppeto is plura significat. vno mō idē est ꝙ dare opē. vt iste suppetit mihi. i. dat opē mihi. aliqn̄ ē idē ꝙ ꝓdesse. ut iste libenter suppetit. i. ꝓdest. aliqn̄ idē ē ꝙ abūdare vel sufficere. vt isti suppetūt bona sua. i. abundāt. sed cōpeto is idē ē ꝙ vtile. vt iste liber ē mihi cōpetēs. i. vtilis.

Queritur ignotum: queritur qui perdit amicum
Primum passiuum: deponens dico secundum
Primam produco primi: breuioqꝫ secundi

De quero is quesiui venit queror ris. passiuū prima ꝓducta. et ē inuestigor garis. Sed queror qreris prima cor. et verbū deponēs idē ē ꝙ querimoniā. vel querelā facere. ver. Semp inest miseri querere siue queri. et inde cōqueror eris. idem significat.

Exigo perficio: dicatur et exigo posco
Pars qꝫ sibi regimen exigit alterius

Exigo is. significat tria. vno mō idē ē ꝙ perficio is. vn̄ hoc opus exigit. i. perficit. alio mō idē est ꝙ posco is. aliqn̄ idē ē ꝙ attraho is. et tunc pertinet ad regimē dictionū sicut dicimꝰ ꝙ omē verbū personale persone finite exigit ntūm a parte ante. vnde exigere est sibi vnā dictionē associare vel attrahere. ad sui determinationē. sed regere est conferre dictioni vt ponatur in tali casu in quo debet poni.

Diffidit ille facem: diffidit non bene fidens
A findo primum dicas: a fido secundum.

Diffido is. media cor. est idē ꝙ aliquid in diuersas partes diuidere vel findere et tunc cōponitūr de de et findo. is. Diffido is media ꝓdu. ē de aliquo fidē nō habere seu in aliquo non cōfidere. et dr̄ de dis qd est nota diuisionis. et fido is.

Corripio castigo notat simul abbreuioqꝫ.
Et tamen a rapio verbo dicatur vtrunqꝫ

Corripio is. vno mō idē ē ꝙ castigo as. vel corrigo is. vt corripiatis discipulos vestros. id ē castigetis. vn̄ versꝰ. Quē sua culpa ligat mea cur delicta remordet. Me male castigat ꝓprio qui crimine sordet. Alio modo idē est ꝙ abbreuio as. vt ista dictio corripit primā sillabam. i. abbreuiat vel abbreuiando profertur. vtroqꝫ modo dr̄ de rapio is.

Scalpo per l et p scribatur: sed scabo per b.
Est rationalis scalpo: sed erit scabo porci.

Scalpo is scriptū per l et p. et scabo scriptū sine l et cū b. dr̄nt. qꝛ scalpo per l. et p. ꝑtinet ad hoīes qn̄ hō se scalpit. i. gratat scalpendo pellē cū vnguibus. sed scabo is. cū b et sine l. ꝑtinet ad porcū et ad aīalia irrationabilia. et aliqui dicūt ꝙ scabere ē coire inter porcos. alii dicūt gratare inter porcos. alii dicūt ꝙ est qn̄ corpus vritūr cū igne.

Hec tria significat pango cano. iungo. paciscor
Panxi voce: fide pegi: pepigiqꝫ bacillo.

Pango is. est equiuocū ad tria. vno modo idē ē ꝙ cano is. et tunc facit preteritum in xi. vt pange linga gloriosi. alio mō iungo is. et tunc facit pegi in preterito. vnde iob. Ossibus et neruis compegisti me. aliquādo est idē ꝙ paciscor. et tunc facit pepigi in preterito. vnde in esopo. Panē quē pepigit reddere reddat ouis. i. ꝓmisit. versus. Panxi certaui pepigi dū fedus iniui. Si quid coniunxi tunc debeo dicere pegi.

Ere luo pignus cruce penas: luce tenebras
Dicitur et luere quando salitur ouis.

Luo is. quatuoꝛ significat. vno mō est idē ꝙ redimo is. vt ego luo pignus. i. redimo. alio modo patioꝛ ris. vel sustineo es. vt deus luit penas in cruce. i. passus fuit vel sustinuit. et ē idē ꝙ purgo as. vt lux luit tenebꝛas. i. purgat. vnde lux deriuatur de luo is. et purgo as. et inde lues q̄ in his ferē inferioꝛibus mediante luce. aliqñ idē ē ꝙ salire ouē. et hoc pertinet ad coitū ouiū. vt aries luit ouē. i. salit. v. Luo luxurio. luo punio: sed luo purgo

Sisto facit statui si transeat atqꝫ statutum
Et si sit neutrale steti nullumqꝫ supinum.

Sisto is trāsitiuū actiuū non hꝫ pꝛeteritū de se. sed manuleuat ab hoc verbo statuo is. et similiter supinū. vt sisto is. statui et statutū. sed in eo quod est neutrū nō hꝫ pꝛeteritū sed accipit ab hoc verbo sto as. vt sisto steti. ꝛ caret supinis. Item no. ꝙ qñ est actiuū est equiuocū. qꝛ vno mō est firmo as. vel retineo es. vnde in tho. Sisto ratem qꝛ poꝛtus adest. i. firmo vel retineo. Alio mō est pꝛesento as. vnde in euan. Tulerunt dominum iesum vt sisterēt eum domino. i. pꝛesentarent. similiter habet eandem significationem quam statuo. quando vero est neutrū est idem ꝙ sto stas vel ꝑmaneo. es.

Afficit infoꝛmat punit cupit hec tria signat
Affectoqꝫ frequens hinc pꝛo cupio reperitur

Afficio est equiuocū ad tria. vno mō est infoꝛmo as. vt ista albedo afficit. i. infoꝛmat. alio mō punio is. vt iste afficit malefactoꝛes. i. punit. alio mō cupio is. vt iste afficit illā mulierem. i. cupit. et inde habem⁹ verbū frequentatiuū affecto as. frequēter cupe vl' desiderare

Fur aurum virgo floꝛes mare nauita libꝛos
Clericus equiuoce singula quisqꝫ legit.

Lego ē equocū ad quatuoꝛ. vno mō ē furoꝛ ris. vt fur legit aurū. i. furaē. et ē idē ꝙ colligere floꝛes. vt virgo legit floꝛes. i. colligit. et est idē ꝙ transeo is. vt nauta legit mare. i. transit. et ē idē ꝙ legere libꝛos in ꝓpꝛia significatione. et hoc ac. in littera manifestat.

A cado dic cecidi: sed dic a cedo cecidi.
Extremum generat occido: sed occido pꝛimum
Occido perimo: sed denotat occido laboꝛ.

Cado dis pꝛima coꝛ. facit cecidi in pꝛeterito. pꝛima et media sillabis coꝛreptis. Cedo is. ꝑ scindere pꝛima pꝛoducta. et de cedo ꝑ scindere habem⁹ occido media ꝓdu. ꝑ cōpositiōem de ob et cedo. est idē ꝙ perimo is. vt iste occidit talē. i. perimit vel destruxit. sed de cado dis. habemus occido is me. coꝛ. ꝑ cōpositiōeꝫ de ob et cado. et ē idē ꝙ laboꝛ ris. vt iste occidit. i. labiē. vñ illud. sol nō occidat supꝛa iracūdiā vestrā. et inde hic occidēs tis. versus. Occido dum labor. occido dū gladiaboꝛ. vnde in alex. occidit occisus.

Sternitur equiuoce mare lectus asellus et hostis
Et sic hoc verbum replicauit quatuoꝛ in se.

Sterno is. straui ē equiuocū ad quatuoꝛ. pꝛimo ē idē ꝙ pacifico. vt vnda maris sterniē. i. pacificaē. alio mō ē paro as. vt sterne lectū. i para vl' oꝛna. et ē idē ꝙ pare vl' sellare equū. i. sellam ponere desuper. vt sterne equum. i. sella. aliquando ē perimo is. vnde theod. Sternit mille viros. i. perimit.

Agros rus foꝛmam superos colit atqꝫ parentes
Hos arat: hoc habitat: oꝛnat: honoꝛat: amat.

Colo colis. idē ē ꝙ colere agros seu arare terrā. et inde dr̄ *colonus* ni. et hic et hec agricola agricole. est etiam habitare in agris vel in rure: vt iste rus colit. i. habitat. et ē idem ꝙ

orno as.vt iste colit formã suã.i.ornat vel colit pilos.i.comit.et est idẽ ꝙ honoro as. vt iste colit deũ.i.honorat.et est idẽ ꝙ amo as.vt colit parẽtes.i.amat.

Si cubat in cumbit mutetur et addideris con
Luxuriat:dis et ad comedunt:sub subiacet hosti
Orat pro:re iacet:obit ob:de languet:in inslat.

Cubo bas.secundũ diuersas compositiones diuersa recipit significata. et dicit ꝙ si cubo mutetur in cumbo tertie coniugationis et si addatur con in compositione dicamus cõcũbo is.est idem ꝙ luxurio as.si vero cõponatur cũ dis vel cum ad:vt discũbo vel accũbo bis. ista duo significant idẽ.qꝛ simul sedere ad mensam. si vero cõponatur cũ sub. vt subcũbo. is.idẽ est ꝙ subiaceo es.si cõponatur cũ pro. vt ꝓcũbo is.est ante aliũ se causa orationis faciende ꝓsternere.si vero cõponatur cũ re. idẽ est ꝙ iaceo es. si componat̃ cũ ob vt obcũbo. is.idẽ est ꝙ morior iris:vt iste obcũbit.i.morit̃ vel obit.si cũ de:vt decumbo is. idẽ est ꝙ languco es.vt iste decumbit.i.languet.si cũ in:vt incumbo.is.idẽ est ꝙ insto as. vnde versus. Accumbens moritur:victus subcũbere fertur. Recumbens dormit:discumbens fercula sumit. Concumbens violat:incumbens sepe laborat. Decumbens plorat: procumbens stratus adorat. Composita de cubo as retinentia m.ante bo sunt tertie coniugatõnis. si vero non retineant m ante bo sunt prime.vt concubo as.qđ propter cacephatõ euitandum seu turpem sonum est dicendum.et nõ cõcumbo is.propter asperam et insanẽ istarũ duarum sillabarũ con cum ferme similiũ immediatarum coniunctionem.

Laudo cano:describo cano:dic et cano canto
Hec tria significat hoc verbum voce sub vna
Dum cano diuino cano laudo:metraqꝫ scribo
Carmentis ventura canit:canit arma poeta
Regem scura canit:et citharista canit.

Cano is.est equiuocũ ad tria.vno mõ idẽ ẽ ꝙ laudo.vt turma canit regem.i.laudat.vnde virgilius.arma virũqꝫ cano.est etiã describo vt cano metra.i.describo.et est idem ꝙ canto as.in propria significatiõe.aliqñ est idẽ ꝙ vaticinor aris.vnde versus. Vaticinor laudo describo metraqꝫ canto. Carmẽtis vẽtura canit:canit arma poeta. Scura est lecator dictus per ethimologiã quasi scutellã radens vel rodẽs/carmẽtis fuit vxor euandri que inuenit litteras latinas.cadmus vero litteras grecas.moyses ꝟo hebreas. abraã ꝟo caldeas. ver. Carmẽtis notulas:inuenit femia nostras.|Hebreas moyses:grecoꝝ grãmata cadmus.

Fallo falsidico designat fallo relinquo
Falloqꝫ pro ludo sepius reperitur
Ludo multotiens pro deludo reperitur
Et quandoqꝫ solet significare iocum.

Fallo is est equiuocũ ad tria.vno mõ idẽ est ꝙ falsidico as vel decipio is. et est idem ꝙ relinquo is.vel dimitto tis.aliquando idẽ est ꝙ ludo dis.i.deludo is.pro composito ponitur ibi simplex causa metri:vt iste fallit me.i.deludit vel deridet.et hoc probat in parte sequenti. Ludo.qꝛ dicit ꝙ ludo is.est equiuocũ ad duo. ludo multotiens ponitur pro deludo quod ẽ deridere.et quandoqꝫ significat facere iocum.

Alloquitur qui me compellit voce loquendo
Eloquitur qui rhetorice profert sua verba
Prologuitur logicus qui verbis plenus abundat
Colloquitur qui cum socio socialia profert
Obloquitur qui dat verbis contraria verba.

Illeq́ʒ subloquitur loquitur qui decipiendo
Proloquitur qui pre reliquis sua verba recludit
Qui loquitur quocunq́ʒ modo prefert sua verba

Loquor scd̄m diuersas cōpositiones diuersa habet significata. alloquor is. ē aliquē loqui cōpellere. vt iste alloquit̄ me voce sua. i. cōpellit. eloquor eris est ornate loqui. ⁊ inde eloq̄ntia. et eloquēs tis pulcre loquens. et ꝓloquor ris ꝑtinet ad illū qui nimiū loquit̄ et abūdat in verbis. obloquor ris est verba cōtraria verbis ꝓferre. colloquor ris. est verbis vti sociali bus. subloquor ris. est idē ꝙ deceptorie loqui de aliquo. preloquor ris. est pre aliis recludere. i. audire verba sua. sed loquor ris. est ad omnia generale.

Vir sapiens sapere dicatur quiq́ʒ sapore
Congruus est sapere dicitur ille sibi

Sapio is. est equiuocū ad duo. vno mō idem est ꝙ esse sapientē. aliquando idē est ꝙ saporem habere. vt iste cibus sapit. i. saporosus est. vn̄ in alex. Liuida nocturna sapiebat ora lucernam. item et illud. Quod noua testa capit non inueterata sapit.

Hic qui contigue tangit vel tangitur ille
Contingit: sed sepe sub euentu reperitur

Contingit sumitur dupliciter. vno mō vt est verbū personale. et sic significat contigue vel simul tangere. vt due domus cōtingūt se. i. contigue sunt et simul tangūt se. sed cōtingit. bat. prout est verbū impersonale. idē ē ꝙ euenit. vnde habemus cōtiguum et cōtinum. cōtinuum est cuius partes ad eundem punctū linealiter terminantur. vt baculus vel hasta. Contiguū est cuius partes sunt vicine et diuise. sed tamen se tangunt.

Est expergiscor deponens atq́ʒ solutum
Expergefacio contra tibi transit in actum

Expergiscor eris. et expgefacio dr̄n̄t in mō cōstruēdi et signant idē. s. excitare a somno. sed expergiscor eris verbū deponens est et absolutū et nō cōstruitur cū actō transitiōe actiua. nec cū ablo̍ significante cām efficientē principalē et extrinsecā. expgefacio vero cōstruitur cū actō a parte post transitiue. vt expgefacio te vel excito te.

Crede deo vel crede deum plus credere dico
Si credas in eum: q̄ꝫ vel ei vel eum

Credo is. aliq̄n cōstruit̄ cū dtō tm̄. vt credo deo. et tm̄ valet ac si dicerē credo verbis dei vel ipm deū dixisse. aliq̄n cōstruitur cū actō sine ꝑpositiōe. vt credo deū. et tm̄ valet sicut credo deū esse. sicut faciunt omnes nationes gētiū. vt iudei sarraceni et christiani. aliq̄n cū actō mediāte ꝑpositōe que ē nota trāsitionis. vt credo in deū. ⁊ tūc valet tantum sicut credere omib⁹ verbis dei et ipsum imitari iuxta posse: et vere ipsum credere esse.

Trado te de te facio contradictionem
Cum tibi quid dono tunc possum dicere trado
Accusat primum: dat et accusat secundum.

Trado is vno mō idez est ꝙ ꝓdo is. i. facere ꝓditōez de aliquo. et sic construitur cum actō vt iudas tradidit dn̄m iesum christū. et inde traditor ris. i. ꝓditor. vn̄ istud. Traditor dedit eis signū. alio modo idem est ꝙ dono as vel accommodo as. vel presto. et tunc construitur cum accusatiuo et cū datiuo. vt cum dr̄ trado tibi panem. i. accommodo vel do.

Cum quid prolongas trahis illud qui violenter
Aut male detrahitur dicitur ille trahi.

Traho est equocum ad duo. vno mō idem est ꝙ ꝓlongo as. vt iste trahit mihi debitum id est prolongat. aliquando est aliquid violenter et preter suam voluntatem trahere.

Qui remouet tollit: qui sublimat quoqꝫ trahit
Et pro nutrire tollere sepe datur
Tollit alit remouet gerit erigit accipit aufert.

Tollo lis significat plura. vno modo idē est ꝙ remoueo es. vnde tollatur impius ne videat gloriā dei. aliqñ significat sublimo as. vnde tollūtur in altū vt lapsu grauiore cadēt aliquando idē est ꝙ nutrio tris. qñqꝫ idem est ꝙ velle vel gerere. vnde illud. Tolle grabatum tuum et va. in do. tu. et alibi tollat crucē suā et sequatur me. alio modo idem est ꝙ accipio is. vt hic. tolle puerū et matrē eiꝰ. aliqñ idē ē ꝙ aufero ers. vt ī passiōe. tolle tolle eū.

Cogo constringo dico cogo coaduno
Vndeqꝫ virgilius tytire coge pecus.

Cogo significat duo. vno modo idem est ꝙ constringo is. vt hic cogatur nemo munus hre meū. aliquando idem est ꝙ aduno as. vnde statius poeta acquitanicus. mox septem bellona viros in prelia cogit. et virgilius. tytire coge pecus.

Carpo cum lanas traho carpo reprehendo
Carpo quid lanians: carpo quid accipiens

Carpo is. significat quatuor. vno modo idē est ꝙ lanas trahere. vt cū dr̄ mulieres carpūt lanas. i. trahunt. et inde carpentator et carpentatrix. homines et mulieres qui carpunt lanas. qñqꝫ idē ē ꝙ reprehēdo is. vñ oui. Nuper eñ nostros quidā carpere libellos. alio mō significat lanio as. alio mō idē ē ꝙ accipio is. vnde oui. Me duce carpe viam.

Cedo locum tribuo dicas: et cedo recedo.
Et cedo sepe pro scindo dicitur esse
Atqꝫ cedo pro dic defectiuū reperitur
Quo tendis cedo nec me vicisse negabo
Prima duo cessi faciunt: reliquumqꝫ cecidi.

Cedo is. vno modo significat dare locum. vnde cato. Maiori cede. et in eodē. Cede locū lesus. qñqꝫ sigñ. recedo. is. vnde theodo. Cede dies celo. aliqñ ē idē ꝙ scindo is. vnde alii cedebant ramos de arboribus. i. scindebāt. et ouid. Silua vetꝰ stabat quam nulla ceciderat etas. aliqñ idē est ꝙ dico cis. et tunc est verbū defectiuū et indeclinabile. vnde Quo tendis cedo pro dic. v. Pro dic dic cedo pro suplice dicoqꝫ cedo. Postea dicit ꝙ in duobus primis significatis. s. pro dare locū et ꝑ recedere facit cessi in preterito. et ꝑ incidere facit cecidi.

Fingo quid similans et pro facio reperitur
Et tamen hoc proprie pertinet ad figulum

Fingo gis. vno modo idē ē ꝙ assimilor aris vel similo. vt iste aliū fingit se ꝙ̄ sit. aliqñ idē est ꝙ facio is. vt iste fingit imagīes. i. facit. et ꝑprie pertinet ad figulos qui vasa terrea fingunt prout uolunt. et inde dr̄ figulus li. et fictor fictoris.

Admittens recipit: ac amittens homo perdit
Est cum d primum: sed sine d reliquum.

Admitto tis scriptū cū d. idem ē ꝙ recipio is. vnd turpiꝰ eiicitur ꝙ̄ nō admittitur hospes sed amitto is sine d. idē est ꝙ perdo dis. vnde cato. Est iactura grauis que sunt amittere damnis. v. Admisit cū d recipit: sine d quoqꝫ perdit.

Cum quis seducit hominem male decipit illum
Cum quis subducit naues ad littora ducit.

Subduco is. et seduco is. cōueniūt in voce: sed drn̄t. subduco cis est idē ꝙ nauē de aqua ad littus adducere. vnde oui. cassatis vētis liceat subducere nauē. et seduco cis est idē ꝙ fallo

lis. vel decipio. vnde seduco. q. seorsum duco. et inde seductor. i. deceptor.

Tendo pro vado protendo dicitur inde
A tendo tendis extendens retia dico

Tendo dis. duo significat. vno mō idē ē ꝙ vado is. vel ambulo as. sic est neutrū absolutū. vt in theo. Quo tēdis cedo. i. quo vadis. et est idē ꝙ porrigo is. vel extēdo is. et tūc est transitiuū. vt tendo reti a vel telas. i. extendo vel porrigo. vñ ouī. Scit bene venator cur sibi retia tendit. et pro vtroqꝫ facit tetendi in preterito. vñ illud. tetendit arcū suum.

Soluo persoluens numos cum libero soluo
De seruo eiiciens soluo cum tollo ligamen

Soluo is est equiuocū ad tria. vno mō ē reddere numos vel pecuniā mutuatā. et sic construitur cū dtō et actiō: vt soluatis mihi numos meos. vnde habes. solue qđ debes. et i alexan. promissaqꝫ tpe solue. alio mō est aliquid a seruitute liberare. vt dñs soluit nos a morte. i. liberauit. qñqꝫ sig. deligo as. i. ligatū ab aliquo remouere. vñ in euan. nō sū dign⁹ corrigiam calciamentorū eius soluere. et in hymno. solue vincla reis. ⁊ alibi. quodcūqꝫ solueritis sup terrā erit solutū et in celis. et tunc construitur cum accusatiuo tantū.

Rege deo fruimur exoptatisqꝫ potimur
Vescimur ac dapibus: vtimur vtilibus
Econtra dicis fungimur officio.

Fruor eris pertinet ad celestia dona. vñ hēm⁹. in celestibus pfrui mereamur. potior is. pertinet ad rē optatā. vt ego potior victoria preoptata. vescor is ptinet ad dapes vel ad cibos et ad comestibilia. vnde in tho. pane tuo vescere liber eris. sed vtor vteris pertiet ad vtilia vt vtor re vtili et bona. sed fūgor eris. ptinet ad officiū: vt iste fungit̄ bñ natura vel armis.

Pungo facit punxi debet pupugi quoqꝫ subdi.
Si punxi faciat casum subici sibi culpat
Si pupugi dicas te vel similem superaddas

Pungo is. est facere pūctos in pgameno vel in aliquo alio loco. et tūc facit punxi in preterito. vñ dicit ac. ꝙ in ista significatiōe culpat. i. recusat sibi casū a pte post. q2 ē absolutuꝫ et nō cōstruit̄ cū actō transitiōe actiua neqꝫ cū ablō significante cām efficientē extrinsecā et principalē. alio mō idē est ꝙ stimulare asinū et tunc requirit actm̄ a parte post, q2 est trāsitiuū et facit pupugi in preterito. vt ego pupugi asinū.

Cingor ad hoc opus subeam subcingor iturus
Accingor gladio precingor gausape sumpto

Differentia est inter cingo gis. subcingo. accingo et precingo is. et actor ponit verba passiua ꝓ actiuis cā metri. cingo is. ptinet ad opus. qñ aliquis munit se cingulo vel cū zona ad aliquod opus faciendū tūc potest dicere cingor. subcingor ptinet ad vestē idē est ꝙ leuare vestem ad zonam seu separare ad itinerandū. precingo pertinet ad hoiem qui se mantili vel gausape munit ad mense famulandū. vnde precinxit dñs gausape ⁊ lauit pedes discipulis. accingo is. est se munire armis: sicut gladio vel cōsimilibus.

Notis assurges insurge malignus in hostes
Consurges de sede tua: de morte resurges

Assurgo is. est se cā honoris exhibendi notis venientibus et maioribus leuare. insurgo gis. est surgere contra hostes. vnde illud. Insurrexerūt in me testes iniqui. cōsurgo. gis. est idē ꝙ de propria sede vel loco se leuare. vnde illud. Consurge consurge. ⁊c. Resurgo gis est de morte ad vitā resurgere. vñ resurrexit dñs de sepulcro. ps⁹. Hostibus insurgo: rediens de morte resurgo. Notis assurgo: donans aliis loca surgo.

Illum deficio dico bene quando relinquo

Deficis a studio quando desistis ab ipso

Deficio is.est equiuocũ ad duo.qꝛ idẽ est ꝙ relinquo is.vt deficio studiũ.i.relinquo.et tũc est transitiuũ.vnde virgi.in.iiii.georgicorũ.Sed si quẽ ꝓles subito defecerit oĩs.i. destitu erit seu derelinq̃rit.alio mõ ẽ idẽ ꝙ desisto is.vt iste deficit a studio.i.desisit. et tunc ẽ ab solutũ et cõstruitur cũ abl'o mediante prepositione.sed primo mõ cũ actõ sine prepositiõe. et aliq̃n reperitur ꝓ vincoꝛ.vnde iuuenalis. Nã deficeret.i.vinceretur.

Presulis indictum dicas edicere reges
Edicunt reges:indicit festa sacerdos.

Ibi nomen ponitur pro verbo cã metri.indictũ ꝓ indico:indico is. pertinet ad presulẽ vel sacerdotẽ qñ indicit festa vel alia precepta in ecclesia. Edico cis pertinet ad mandatũ re gũ.s.preconisare in vrbe vel in patria ex parte regis vel alterius principis.vñ illud. Exiit edictũ a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis,eadẽ differentia seruatur in oĩ bus scz indictũ et edictum:vt visum fuit superius.

Admitto donum notat admitto forefactum
Ac introduco subdoqꝫ calcar equo

Admitto tis.vno mõ est donũ recipere.vt iste admittit donũ meũ.i.recipit.et est idẽ ꝙ fore facere aliquid.vt iste admittit hoc.i.forefacit. et est idẽ ꝙ introduco is.vt iste admisit me ĩ hospicio.i.introducit.et est idẽ ꝙ subdere seu applicari calcar equo.

Ascribit iactans:proscribit crimina damnans
Inscribit signans:describit rem manifestans.

Ascribo bis.est iactando sibi attribuere aliquid laudis. proscribo is. est dãnare aliquẽ pro criminibus suis.inscribo is.est idẽ ꝙ facere signũ in carta vel alibi: q̃uis in iure sit aliquẽ in scriptis accusare scđm ꝙ ꝯtra criminosũ ꝓceditur via denũciationis exceptõis inscripti onis vel inquisitiõis.describo is:est rem per sua accidentia manifestare . vt cũ dr̃ socrates est crispus albus et hmõi.vel hõ est rõnale susceptiuũ discipline.

Presens preteritum dic inquam siue futurum
Quod clare monstrat per sepe boetius ipse

